equior:habetur exodi.xxiij.ne ſequaris turbā in malum. fa cit Curte ſenior cōſi.lj.ſuper teſtamētis.colū.x.ver°.ecce er go.Corſe.ſing.ccvj.vbi doctores.Jo.lupus in.c.per vr̄as. iij.no.de dona.inter virū ⁊ vxo.eſt in toto opere.char.lxxj. col.iiij.Igneus in auẗ.ex cauſa.colum.xc.maxime quādo ta lis opinio equior eſt fundata in ratione naturali. Sozi. in.l. qui agnitis.iij.columna.ff.de excep.Hipol.in rubrica.C. de probatio.colum.xxxvij.⁊ ſeq.glo.in regula cancellarie.xiij. vbi dicitur ꝙ in dubio recurrimus ad rationem naturalem: ⁊ regulas iuris cōmunis.Jaſon in.l.filio pater. ſcđo not. de lega.j.in.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.colum.j.ff.de verbo.oblig: cum alijs ſupra adductis in precedenti limitatiōe ꝯtra ſcru puloſitatem.Juſtus enim quādoqꝫ in iuſtitia ſua perijt.gl.j c.niſi cum prideꝫ.in ver°.elicit.de ren.Et dicit Sirus apud Terentium in heuantontimorumenos.Jus ſummum ſepe ſumma malitia eſt.Et quandoqꝫ aliquid iuſtū eſt:cuius con trarium eſt iuſtius.l.exigendi.C.de procura.Anchara.in re gula peccatum.in fine colum.xviij.facit Hipoli.in.l. ſi quis vltro.colum.xiij.ff.de queſtio.facit Alexan.⁊ Jaſ.in.l.pla cuit.de iudi.Decius in capitu.ex parte.el ſcđo de offi.dele ga.in.c.quoniam contra.colum.iij.de probatio.⁊ ſcrutiniū. char.xcvij.dum examinant quando equitas preferatur rigo ri.In quibus locis ſemper intelligunt de equitate iuris ſcri

*Eqtas ſcri pta.*

pti non autem ꝙ quis debeat ſumere equitatē de burſa ſua: al's lꝫ opinio eſſet equior non eſſet ſeruanda.Areti. in.l.ita ſtipulatus.§.poſſum colum.ij.de verborum obligatio.dum dicit lꝫ iſta ſit equior contraria tamē ſeruaret Jaſ.in.l.nemo rem ſuam.in fi.ff.de verboꝝ obligatio.⁊ alibi ſepe.Et quot modis capiatur rigor.Panormi.in.c.ſi clericus laicuꝫ.iiij. notabi.vbi Roch.de foro compe. Joan.pronepos Bar.in tractatu de arbitris.libr.x. qōne.ſeu capi.iij. Judeis autem bene ſeruatur merus rigor:⁊ non equitas.Jaſ.in.l.ſi inſulā. ff.de verborum obli.iij.no.In quibus ꝙ ius ſeruañ.ſit.Fer raꝫ.cautel.xxiiij.queritur.Et iſtud eſt qđ fecit magnum ho norem opi.Bar.quia ſequebatur libenter opi. placētes lai

*Opi. placēſ vulgo.*

cis:vt dicit Bal.quem refert Jaſ.in.l.quidam cū filium.nu. xxxv.de verbo.oligatio.Nec mirum quia iſti intellectus qui non conſonant auribus vulgi dicūtur extranei ſm̄ Bald.in c.j.de pa.conſt.in ver°.opizoni.ad finem.duꝫ dicit ꝙ omnis intellectus qui non ſonat auribus vulgi eſt extraneus:et ſic euitandus refert Jaſ.in.l.eum qui ita.§.qui ita.el ſecūdo. in.l.qui ante kalēdas.col.ij.ff.de ver.obli.Barba. in repe titione rubrice.de fide inſtrumen.colū.x.⁊ in.l.cum acutiſſi mi.columna.lxviij.C.de fideicommiſ.⁊ in cōſilio trigeſimo quarto.incipien.preclare optimus. colum. vigeſimaſecūda. ſecundo volumine in.c.tertio loco.columna.xix.ver°.tertio mouetur.de probatio.non tamē intelligas de vulgo ſine ra tione de quo dixeram in ſecunda parte affirmatiua. ver. nec meretur ſolutiōem. ¶ Limita quinto niſi iſti qui tenent cō munem opinionem determinarent de eo in quo non habent peritiam.Et tenens contrariam opinionem eſſet in illa fa cultate peritior.Decius.in.c.ne initaris.ad finem.de conſti tutio.Eſt enim credendum peritis in arte.l.prima in pnci.

*Peritis in arte creden dum eſt.*

de ventr.inſpicien.vbi dominus Alexand. in apoſtillis.et in.l. ſemel.C. de re mili.libro duodecimo.Felin. ⁊ Decius in capitulo propoſuiſti.tertia columna. de probationibus. Sozin.fallen.ccxciiij.faciunt que ſupra dixi in quinta ratiōe principali partis affirmatiue circa finem.Et eſt bona gloſa in capitu.vt veterum.ix.diſtinctio.que dicit ꝙ in diſputatio nibus propterea plus credimus Auguſtino in moralibus: Gregorio in hiſtorijs ⁊ tranſlationibus:Hieronimo.facit ſcrutinium referens illam glo.char.cc.⁊ ſexageſimaoctaua. ⁊ nonageſimaſecunda.Panormita.in capitu.j.vlti.notabi. de conſanguinitate ⁊ affinitate.vbi dicit ꝙ ille cui eſt com miſſa cauſa matrimonialis ſi non habet peritiam canonū de bet cōſulere peritiores:al's peccat:ideo in materia legali ſta mus legiſtis in canonica:ſtamus canoniſtis:vt volūt omnes in capitu.primo ⁊ ſecundo.de oper.no.nunciatio.⁊ lꝫ dicat Roma.ſingula.cccccliiij.habens.⁊ Joan. rugerij. in capi. primo de cauſa poſſeſ.⁊ proprieta.j.nota.ꝙ legiſta ſenza ca pitulo vale pocho:canoniſta ſenza lege vale niente.Nō de bet pudere canoniſtam in materia legali conſulere legiſtaꝫ: nec econtra Joan.lupus in introductione.c.per veſtras.de donationibus inter virum ⁊ vxorem.columna prima.et ibi ij. nota.col.iiij.vbi pulchre eſt in opere.char.lxvj. colū.iiij. Ancha.in diſp.q̄ incipit antiquis ⁊ modernis tp̄ibus. colū.

*Canoniſte dr̄nt a theo logis.*

x.vbi ꝙ quando Canoniſte differūt a theologis:lꝫ hoc ſit ra ro vel nūqꝫ ſm̄ Ant.de burgos in.c.ij.colum.ij.de emptio. ⁊ venditio.in materia vſurarū ſtandū eſt canoniſtis quā ſeq tur Alexan.conſi.j.incipien.circa primū.col.iiij.ver.⁊ ſi ali qui.⁊ conſi.cvij.pro inueſtigatione.colum.v.ver.⁊ ſi aliqui. iiij.volumi.Et eſt idēmet conſilium repetitum defenſorum montis buſti.char.xlij.col.iij.⁊ char.xlix.colum. iij. Alexā. de neuo in ſuo conſilio contra iudeos fenerātes impſſo poſt

ee ij

UVA. BHSC. IyR_277_2

piſanellam.char.xiii.colum.iij..Petr.de rauēna in ſuo aureo alphabeto in notabilibus poſt materiam ꝯſuetudinis.ver.hoc in loco volo ſcrutinium.char.lxviij.Decius conſil.cxj.colum.ij.⁊.clj.in fi.iij.col.plus dicit Dodus in ſua apologia contra fratrem Samuelē.char.xxxv.ver.j.illa doctrina ꝙ Innocentius papa mandabat opinionem diui Thome obſeruari opinione canonica ſemp excepta:⁊ ꝙ ēt leges ſint a predicatoribus allegande.pulchre defendit frater Jacobus de marchepalu.in ſuo tractatu de animabus incolentibus purgatorium in vltima parte. Eſt tamen notanduꝫ ꝙ ſi legiſte inter ſe diſcrepant ⁊ reperiatur caſus expſſe deciſus in iure canonico ſtabimus iuri canonico etiā in foro Ceſaris ⁊ econtra variantibus canoniſtis etiam in foro eccleſie ſtabimus deciſioni facte per ius ciuile:vt volūt omnes in.c.j.⁊.ij.de oper.no.nūcia.Al's enim quelibet lex ſeruabit̄ in foro ſuo legiſtarum:ſcilꝫ in foro Ceſaris canoniſtarum in foro eccleſie.Alexan.in apoſtillis Barb.in.l.ꝓuilegia.C.de ſac.ſanc.eccle.Feli.in.c.eccleſia ſancte marie.col.xiij.⁊ ſequen.de conſtitu.in.c.j.ver.tertia declaratio.eo.titu.in.c.in cauſis.in ſc̄do not.in.c.fraternitatis.colum.ij.in.c.teſtimoniū.colum.iij.de teſti.Barb.in lib.j.conſil.xiij.colum.iij.Alex.in.l.j.colum.vj.ff.ſolu.matrimo.⁊ lib.ij.conſilio.clxvij.in fi.⁊.xcij.viſo themate.lib.iiij.Panor.in.c.clerici.colum.j.de iudi.in.c.ꝙ clericis.de foro competen.⁊ lib.ij.cōſilio.xciiij.colum.iiij.dubio quarto.Peruſi.in prohemio rubrice ꝺ teſta.lib.vj.Areti.in.c.decernimus.de iudi.⁊ conſilio.xlviij.Uitalis in tractatu clauſularum.char.xiij.colum.iij.Joan.rugerij poſt Panor.in.c.j.primo nota.de cauſa poſſeſſio.et proprieta.Limita tamen qđ ſupradictum eſt ꝙ ſtante varietate canoniſtarum ſtetur legi expreſſe decidenti ēt in terris eccleſie non procedere quando talis lex eſſet damnoſa eccleſie.Jaſ.in.l.⁊ generaliter.§.cum autem.colum.ij.C.de iſti.⁊ ſubſti.facit Panor.in.c.nuper.ante fi.de teſti.ꝙ lꝫ lex ſit canonizata non tamen eſt ſeruanda in foro canonico ſi cōtrariatur canoni. Et aduerte q2 plures errant credentes ꝙ q̄ꝫ primum lex ciuilis reperitur īſerta inter canones vel in libro decretaliū ꝙ dicatur canonizata:lꝫ ſecus in libro decreti:quia Gratianus non habuit auctoritatem canonizandi leges.Cardina.ij.qōne.vij.c.ſi quis.§.j.ad fineꝫ.Sed puto ꝙ veritas dependeret ab illo:nūquid liber decreti ſit autenticus de quo in prohemio lombarde.Jaſ.in.l.j.ff.ſi certum petatur.Sed hoc non ſufficit quia oportet ꝙ ſit inſerta in vno capitulo.Jaſ.in.l.prima.j.lect.columna.ix.C.de ſumma trinitate.Feli.in dicto capitulo eccleſia.colum.xiiij.de conſti.Et hoc vltimū forte potuiſſet conuenientius adducere.Jaſon in.l.centurio.colum.xxxj.ff.de vulga.⁊ pupilla.q̄ꝫ illud.de.c.j.de reliq.⁊ vene.ſanct.dum propterea ibi ſatis inutiliter damnat.Moder.ſenēſ.qui dicunt ꝙ opi.Barto.eſt canonizata a moder.ꝓuſinis.⸿Limita ſexto niſi iudex ex cauſa recederet a cōmuni opiniōe:quoniam tali caſu non ſolū a communi opinione.verum a lege recedi poteſt.l.ſi hominē.ff.manda.ad quam Feli.in dicto.c.primo.de conſtitu.colū.xiij.⁊ in.c.decani.x.colum.de reſcrip.⁊ in.c.paſtoralis.ij.columna.de excep.Parpal.in.l.j.C.de preci.impera.offeren.Decius in capitu.ſicut.de proba.colum.vj.Corſe.ſingula.clj.tpe pacis.Cremē.ſing.cl.Barba.in repet.rub.C.qui admitti.colum.xxiij.⁊ tribus ſequen.refert Jaſ.in.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iur.in fi.Ideꝫ Barb.in tractatu de cardin.ij.parte.queſtione quinta.colum.v.Idem Jaſon in.l.nō ſolum.§.morte.colum.xvij.ff.de oper.no.nuncia.in.§.ex maleficijs.numero.xv.⁊.xvj.inſtitu.de acti.Matta in cle.ſepe.colum.lxxj.⁊ faciunt plura poſita per Hipol.in.l.prima.§.ſi quis vltro.colum.quinta.ff.de queſti.dum examinat quādo aliquid de nouo ſupueniens ſeu iuſta cauſa excuſet.Debet tamen iudex in actis facere mentionem de tali cauſa p quaꝫ a lege recedat:⁊ a communi opinione:vt volunt Feli.vbi.ſ.⁊ Decius in capitulo conſuluit.el primo de appellatio.

Canoniſte dīnt a legiſtis.

Q̄uo dicat̄ lex canōizata.

Et cā licet trāſgredi leges.

⸿Limita ſeptimo vt regula ꝙ iudex debeat ſequi cōmuneꝫ opinionem procedat quātum ad iniquitatem ſententie:quia ſententia bene diceretur iniqua ſeu iniuſta.Secus autē quātum ad nullitatē:quoniam talis ſententia nō diceretur nulla Bar.in.l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de dā.infe.Burgos in.c.cum dilecti.colum.ix.de emptio.⁊ vend.vbi dicit ꝙ dūmodo aliqui doctores teneant contra cōmunem ſentētia tali caſu non dicetur nulla.Paris de puteo in tractatu de ſindicatu.i ver.iudicare.c.an ſi iudex qui dedit.colum.ij.ver.⁊ dicit Bal.in.l.iiij.Feli.in.c.j.vj.nota.de conſtitu.Jaſon in.l.qui rome.§.duo fratres.iij.nota.ff.de verborū obliga.Ego dubito de iſta limitatione:nam ſicut ſententia lata per expreſſum iuris errorem ſeu contra legem non valet.l.ij.C.quando prouoca.non eſt neceſ.Clau.in dicta.l.qui rome.§.duo fratres.colum.quarta.ff.de verbo.obligatio.ad quam Sozi.fall.cccliiij.Dat ſexdecim limitationes.Et ſententia lata contra conſuetudinem notoriaꝫ etiam eſt nulla:vt Jaſ.poſt Bal.in.l.iubemus.C.de iudi.pari modo videt̄ dicēdū ꝙ ſit nulla quādo eſt lata contra cōmunem opinionē docto.Naꝫ illud de quo apparet deciſio libris apertis.Ita dicitur eſſe indubitabile ſicut illud de quo eſt lex.Jaſon in.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.ſcrutinium.charta.lxix.⁊ clarius char.lxxxvij.⁊ ſequē.j.char.ſeq.in.x.limitatione.Et q2 non poſſunt omnes articuli ſigillatim per leges decidi.l.nō poſſunt.ff.de legi.Tunc cōis opi.docto.ſeruat̄ pro lege.Ange.in.l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſdi.om.iud.cū ſi.vt dixi in prima ampliatione ad hanc regulam in fine.Preterea manifeſta iniquitas equparetur nullitati.Curtius cōſi.lxv.ſuper premiſſa.col.iij.Clau.in repe.l.vt vim.ff.de iuſti.⁊ iur.colum.xj.Sed nemo negat ſentētiam latam contra cōmunē opnionē eſſe iniquam:ergo perinde eſt ac ſi eſſet nulla.Ideo diligentius eſſet inueſtigandum ſuper iſta limitatione.

Snīa ꝯ cōmunē nō eſt nulla.

Manifeſta iniquitas ē nullitas.

⸿Limita octauo vt prodicta regula pcedat quādo cōmunis opinio eſſet in terminis queſtionis que agitatur:al's ſecꝰ quia ſi aliqui doc.tenerent in terminis queſtiōis que vertit̄ pro illis eſſet iudicandū:etiam lꝫ cōmunis opi.a remotis aliquid decideret in contrarium:prout dicit Alexan.in.l.ſed ⁊ ſi quis.§.queſitum.colum.fi.ff.ſi quis cauti.ꝙ quando habemus tex.ſpecifice loquentem in materia non debemus ab eo diſcedere ꝑpter legem loquentem in materia remota.facit Decius in.c.ītelleximus.col.iiij.de iudi.vbi dicit ꝙ potius debemus ſtare iuribus magis ſpecifice in materia loquentibus q̄ꝫ iuribus gn̄alibus per regulā generi.Et dicit Ignē in aut.ex cauſa.colū.xix.ꝙ vbi eſt clara deciſio ceſſant oīa argumenta.Deciſiōes enim que ſunt in terminis ſunt ſecuriores:prout eſt de mente Bruni Aſteñ.in tractatu ſtatutorū.vj.articu.qōne.ij.in fine.colum.iij.dum dicit ꝙ in illa materia extenſionis non eſt minus periculoſum adherere deciſionibus q̄ꝫ regulis cōmunibus.Et dicit Ange.conſi.xiiij.nos karolus.colum.ſecūda ꝙ allegare regulas generales eſt refugium miſerorum.Et dicit Jaſ.in.l.non eo minus.col.fin.verſic.tertio.facit.C.de procu.ꝙ Pau.de caſ.qui habebat illuꝫ caſum de facto allegabat text.per quem ſic decidebat Ange.⁊ non potuit tm̄ cantare ꝙ iudex voluerit iudicare ꝓ eo:quia neſciuit allegare deciſio.Ang.contra tales iudices facit ꝙ contra aduocatos inuehit Pau.de ca.in.l.clodius.ff.de acqui.heredita.ante fi.dicens ꝙ doctor non audēs cōſulere quando habet bonam rationem niſi īueniat caſum deciſum non eſt laudandus:⁊ ſi antiqui ita feciſſent quomodo nos faceremus.Hinc dixit Feli.in.c.j.in fi.iiij.colū.de preſcrip.ꝙ debemus reſpōdere per ſpeciales deciſiones nō per generales regulas more pauperum doctoruꝫ:⁊ in.c.cum ordinem.colum.iiij.de reſcrip.dicit ꝙ lꝫ cumulatio deciſionū diſpliceat ingenijs eleuatis:tamen in actu pratico laboramꝰ vt inueniamus deciſionē:q2 conſulere ſm̄ regulas eſt doctoris poſitiuis quos vulgus procuratores appellat.Sed cōſulere ſm̄ deciſiōem in terminis eſt doctiſſimi doctoris.Et facit q2 erit aliqua regl'a:⁊ tm̄ habebit tot fallētias ꝙ poſſet fieri vna regula in contrarium.glo.in.§.ſi qs alij.iſti.de iutili.ſtipula.⁊.lꝫ doctor.ſit in lata culpa ignorādo regulas.l.non fatetur.ff.de ꝯfeſ.Jaſ.in.l.ſed ⁊ ſi qs.§.queſitū.col.v.ff.ſi qs cauti.ſecus tm̄ eſt de aliquo caſu ſpeciali vel ſingulari.Jaſ.i.l.ꝙ te.col.xiiij.vbi Sozi.col.fi.ff.ſi cer.peta.Et ꝑpterea qn̄ aduocatus partis ꝯtrarie allegat aliqua imptinētia valde a remotis:potes dicere:Jubete iudices ſcinicē cām dicere nō vagari.Jaſ.in.l.cēturio.col.iij.ff.de vul.⁊ pupil.vel qn̄ male fundat argumēta ꝙ dr̄ ligare aream ſine cemēto.Cepol.de ſer.vrba.p̄dio.c.xl.in prin.⁊ etiā contra legētes q trahūt materias remotas ⁊ alienas inuehit Jo.fab.in.§.j.in fi.iſti.de act.⁊ Alex.i.l.ſi patroni.§.qui fideicōmiſſariā.col.iij.ad treb.⸿Nono limita qn̄ cauſa cōtra quā ſtat cōmunis opiñ.eſſet valde fauorabilis ⁊ ꝓuilegiata:ꝑut in mr̄imonio dicit Hoſti.in.c.ſi vir.de cogn.ſpiri.Barb.Feli.⁊ Decius i.d.c.j.de ꝯſti.ſeqtur Barb.li.iij.ꝯſi.iiij.a Joue.col.iiij.Curtius cōſi.lv.ſup proceſſu.col.penul.in.j.additione.vbi dicit idem

Deciſio in terminis.

Debemus ſtare in terminis.

pro teſtamento

UVA. BHSC. IyR_277_2

pro teſtamēto ſcrutinium.charta.lxxxvij.⁊ Feli.in dicto.c.j.
de ꝯſtitu.colum.fi.ver.quinto limita.dicit idez in opinione
fauente poteſtati clauium. Jdem Jaſ.in.l.prima. colum.ſe-
cunda ⁊ tertia.ff.ſol.matri.vbi dicit idem in teſtamēto ⁊ do
te.⁊ in.l.inter pares.ff.de re iud.Feli.in capitu. fina.eodem
titulo.Jntellige niſi eēt matrimonium ꝯ legem dei contra-
ctum.Decius in .c.j.de proba.col.xxiiij. vbi dicit ꝙ ꝯ illud
in dubio ꝓnūciādū eſt.vide in alijs locis.s.alleg.in.viij.fun-
damento negatiuo de incōtinētia.circa fi. ij. inconuenietis.

Nō faciam⁹ cuiqꝫ iiuſtitiā vt fauea mus vidue.

Eſt veruz ꝙ iſta limitatio videt̃ deſtrui per aliquos:nā De-
cius in.d.c.j.limitat illud dcm̃ Hoſti. ſolum ꝓcedere quādo
eſſent varie opi.inter doctores.Secus aūt qñ clare cōſtaret
ꝙ cōis opi.eſſet ꝯ.matrimoniū:vel ꝙ opi. ſingularis docto-
ris eſſet notorie falſa:qꝛ non debemus tm̃ pijs cauſis fauere
ꝙ ceteris iniuſticiā faciamus.c.ex tenore. de foro cōpe.cum
concordātibus:vt per eū ibi:⁊ Catellanū.ij.parte memoral.ī
ver.nuptiarum cauſa.q dicit ita ꝯſuluiſſe Deciū ⁊ Jaſo.pre
ceptores meos. Jdem tz Roch.in.d.c.j.ad fi.de cōſtit.poſt
Barb.conſi.ꝑmo.iij.volu.col.xxxj.Decius conſi.cxxxiij.ad
fi:⁊ Corſe.ſingu.ccvj.incipi.vbi doctores. eſt in ver. opinio
Andre.alciatus in paradoxis.li.iij.c.vij.eſt char.xxvj.

Res dr̃ dubia.

¶ Decimo limita vt predicta procedāt qñ apparet liquide
de magis cōi opi.puta qꝛ docto. dicūt ⁊ ſi ita ſe hz cōis opi.
Et ꝓpterea Jaſ.ſolebat dicere qñ doc.atteſtatur ita eſſe cō-
munem opi.qd̄ eſt bonum verbū in pratica. Secus aūt quan
do nō apparet de cōi opi.vel qꝛ aliqui doc.atteſtant̃ vnā eſſe
cōmunem.Alij ꝯtriam .Tunc res dr̃ eſſe dubia propter cōfli

Res clara.

ctum opi.Soci.in rubrica.ff.de reb.dub. Paris de ſindica-
tu in dcō ver.iudicare.ver.an ſi iudex qui dedit.col.j.Alex.
lib.ij.conſi.ccxxij. viſa facti.col.iiij.ver.deniqꝫ. ⁊ li.v.conſi.
cxlij.viſo proceſſu.col.pe. Panor.in.c.at ſi clerici. col.viij.
de iudi.Lancel.⁊ Riminal.per illum tex.in.l.pen.C.de pac.
De eo em̄ de quo eſt caſus legis non dr̃ eſſe dubiū.l.ancille.
vbi glo.⁊ Bar.C.de fur.tex.cū glo.fi.in.§.⁊ nos.in aut.qui.
mo.na.ef.leg.Eſt em̄ proprium.l.eſſe clarā.Calcane.conſil.
xiiij.col.vij.facit Jaſ.in dcā.l.pe.col.pe.C.de pac.vbi dicit
idem eſſe qñ libris apertis ſtatim apparet de deciſiōe . facit
Corſe.ſing.cccxliiij.incipiē. ſi iudex ſcrutiniū. char.lxxxviij.
Barb.li.ij.conſi.xxxvj.ſapienter.col.fi.s.in.vij.limitatiōe. ī
char.precedenti Jgitur tales caſus dubios ſolebat appella-
re Jaſ.eſſe caſus pro amico:vt per eū in.l. dotis cauſa. col.j.
numero.xxxv.in.l.poſt dotē.nu. cv.ff.ſo.ma.in.l.in ſuis.col.
ij.ff.de lib.⁊ poſth.in.l.qui in aliena. nu. xxxv.ff. de acqren.
here.qñ tunc ſit bonū habere iudicē amicum ⁊ fauorabilez:
vt concludunt oēs examinātes hanc mām : qꝛ poteſt ſm eos
adherere opi.que ſibi magis placuerit.Et ſic fauere amico.
glo.in.c.venerabilē.in ver.fauere.de ele. Jdem Jaſ.in.l.cū
prolatis.ad fi.de re iudi.dicens ꝙ iudex non pōt reprehēdi
ſequendo opi.quā vult : ſicut ſi ſunt diuerſe ſnīe theologorū
neutra ſapit hereſim ſm eum.⁊ Ange.in.l.inter ſtipulātem.
§.j.in fi.ff.de ver.obli.vbi ſubaudit ſi faciat bona fide:⁊ tunc
ꝯcor.Anch.ꝯſi. ccxj.de quo.j.Sz lz fatear vtile eſſe hr̄e iu-
dicem fauorabilē.Soci.in.c.j.de li.obla.col.xlix.Tñ ꝙ ſnīa

Nihil relinquitur mero arbitrio iudicis.

diffinitiua relinquatur arbitrio puro iudicantis:eſſet incon-
ueniens:qꝛ iudex ꝑme inſtātie erit mihi fauorabilis . Judex
ſecūde erit fauorabilis aduerſario:vel vn⁹ habebit vnā opi.
alius aliaz.Et ſic nec partes nec aduocati vnqꝫ ſcirent:an fo
uerent bonam vel malā cauſam:⁊ ſic ſtaremus ſub incerto ꝯ
tradita per Hipol.in rubri.C.de proba.col.lxxiij.burgos.in
c.cum cā.de emp.⁊ vend.colū.ij.⁊.iij.Jaſ.in.l.ita ſtipulatus
magna.j.no.de ver.obli.Jus etem̄ ſemper dz eſſe certuz.l.
ornamētorum.ff.de aur.⁊ arg.leg.⁊ ꝯſtans ⁊ perpetua volū
tas.l.iuſtitia.ff.de iuſti.⁊ iur.Et ſequeret̃ illud qd̄ opponūt

Profeſſio legalis ē vera ſciētia.

nobis artiſte ꝙ profeſſio legalis non eſt ſcia:qꝛ ꝯſiſtat in opi
nionibus vt Lis operita.char.v.Et tñ eſt vera ſcia:vt ꝓbat
Prepo.in prohemio decreti.col.iij.⁊ Sāmarrus in trac. ꝺ
extenſione.col.j.⁊.ij.pro qbus facit Panor.in .c. nō debet.
de ꝯſang.⁊ affi.in primo no.Et ꝓpterea Bal. in.c.nōnulli.
in fi.ij.col.de reſcrip.in.l.j.colū.xij.C.qui accuſ.⁊ li.iij.cōſil.
cxxxiiij.incipi.ꝓponitur.col.ij.referēdo phm̄.dicit ꝙ opor-
tet leges eē bene poſitas ⁊ oīa determinare : ⁊ ꝙ̄ pauciſſima
relinquere arbitrio iudicantis:Et ita pro veritate eſt cōſide
ratis cōſiderandis:nam lz vbi caſus nō eſt a iure deciſus:lex

Caſus arbitrarij.

illum relinquat in arbitrio iudicis.l.j.in fi.ff.de iu.delib.c.ꝺ
cauſis.de officio delega.c.fina.de tranſactio. plures enume
rat Decius in.c.ſedes.in glo.iij.de reſcript. Roch.de con-
ſuetu.char.xj.colum.ij.latius Barba.lib.iiij.cōſi.xlv.illud.
colum.penulti.⁊ fina.latiſſime Hipol.in.l.queſtionis modū.
colum.j.⁊ ſequen.⁊ in.l.de minore.colum. viij.ff. de queſti.
Jntelligo quēdam doctorem Taurinenſem alios plurimos
aggregauiſſe.Lex tamē illum non relinquit in libera volun-
tate iudicantis:ſed ꝙ debeat regulare arbitrium ſuū ꝓut qli
bet bonus vir ſm negocij qualitatem ⁊ perſonarum:⁊ tēpo-
ris:⁊ alias circunſtantias.Bonus enim iudex nihil ex arbi-
trio ſuo facit.c.iudicet.iij.q.vij.⁊ dicit Bal. quez refert Ce
po.in.l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.colum.vj.ꝙ iudex debet ar-
bitrari:ſm mentē legis ſiue iuris ⁊ arbitrij ſui ītellectus ſeu
rationis.facit.c.iudicātem.xxx.queſtio.v.Al's poteſt appel
lari Decius in.c.ex litteris.iij.nota.de ꝓbatio. Pich. in re
peti.l.in quartam.colū.lvj.⁊ ſequen.ad leg.falc.⁊ dicam .j.
dum ponam ꝙ probatiōes ſunt in arbitrio iudicis.Quoniaz
eſſet difficile legem de talibus cōdere propter diuerſitatem
perſonarum rerum ⁊ qualitatum:prout etiam dicūt phiſici

Ad ſilia.

ꝙ plura relinquūtur in iudicio extimatiuo medici.Nam ſi iu
dex non habet ſtatutum:conſuetudinem:nec legem:nec dcā
doctorum determinātia caſum corā eo vertētem debet recur
rere ad ſimilia ſtatuti vel legis.l.non poſſunt.vbi Clau.ff.de
lr̃.Feli.⁊ Decius late in.c.tranſlato.de cōſtitu.Jaſo.in.l.in
ter ſtipulantem.§.ſacram.vij.not.ff.de verborū oblig.Soz.
fallen.xxix.Curtius conſi.xj.ſtatuto. colum.fina.Sāmarrus
in tractatu de extenſione.char.vij.colū.ij.vbi dicunt ꝙ ſuffi
cit ꝙ ſint ſimilia in eo de quo arguitur:lz in omnibus non ſit
omnimoda ſilr̃itudo . Etenim ſimile legis vel ſtatuti habet̃
pro expreſſo.Jaſon in.l.fina.col.penul.ver.ſcdo aduerte.ff.
de in ius vocan.Et ex officio iudex debet tale ſimile ſequi ēt
ſi pars non petat.Bald.in.l.i.circa medium.C. vt que deſ.
aduoc.iud.ſuppl.Stante igitur tali dubio Judex in primis

Quid faciet iudex.

aduertat ad vires ingenij ſui vt ſit idoneus ad dubij deciſio-
nem:ſaltem ſm humanam fragilitatem.l. ſi quid vēditor.ff.
de edil.edic.Feli.in capitu.per tuas.el.j.de ſimo.Et ſi du-
bitet conferat cum peritioribus.Dixi.s.in quinta limitatio
ne.de peritis.allegando Panor.in.c.j.vlti.nota.de conſan

Duo ſales in iudice.

guini.⁊ affinita.Debet enim iudex habere ſalem ſciētie ⁊ cō
ſcientie:al's mens eius eſt diabolica ⁊ inſipida.Bal.pulchre
in.l.ij.C.de ſenten.ex pericu.reci.Feli.in.c.per. tuas. el. ij.
colum.j.de ſimo.bonus tex.in.c.cum non ſolum.de regu.li.
vj.habeatqꝫ ſemper iuſtitiam naturalem ante oculos. Bal.
in diſputa.incipien.accuſatus de vi turbatiua.colū. penulti.
Et veritas ⁊ equitas ſunt duo lapides angulares quos de-
bet ſeruare iudex.Baldus in capitu.quoniam cōtra.de pro-
batio.per illum textum.Et habeat ſemper in mēte illud qd̄
dicit textus.in.l.properandū.§.ſinautem reus. in fine .C. de
iudi.quid aliud niſi pro omnibus : deum in omnibus cauſis
iudicem eſſe credendū eſt:⁊ ꝙ ſi non facit quod debet hic et
in futuro ſeculo recipiet in terribili iudicio magni dei ⁊ ha-
bebit partem cum Juda ⁊ lepra Giezi. ⁊ tremore Cain. in

Auaritia mr̃ oīuz malorum.

aut̃.iuſiurañ.quod preſtatur ab hijs.in fine.Et inſuper eui-
tent auaritiā que eſt omnium malorūz mater:vt aut̃.vt iud.
ſine quoquo ſuffrag.§.cogitatio.⁊ Cardina. prima queſtiōe
prima.capitu.primo.columna.ix.ponderat illum tex.ꝙ ven
dentes officia iuſtitie etiam de licētia pricipis grauiter pec-
cant:lz ibi in capitu.quos conſtiterit.columna ſecūda . dicat
ꝙ licite epiſcopus vendit banchum notariorum.Jdeo ſit cō
tentus ſtipendio principis:⁊ nihil capiat etiam a ſponte ſol-
uentibus.Buſtus in defenſorio montis.char. quarta. colū.
tertia.Feliñ.in rubrica.⁊ in.c.primo.ad finem.de ſimo. Sa-
luſtius circa primum Catilinarij Jaſ.in.l.prima.colum.ſecū
da.ff.de conditio.ob cauſam.in.l.penultima.colum. quinta.
C.de pac.Hipolitus in.l.vnius.§.ſeruus nec ſi.ff. de queſti.
Corſe.ſingula.ccxcviij.incipien.ius canonicum eſt. in ver°.
ſportula pulchre.⁊ late Maria.in tract.de viſitatione. char
ta decima.columna quarta . vbi ꝙ non licet capere exēnia.
Praticus papieñ.in forma reſcideñ.ſenten. lat. pretex. fal.
inſtru.glo.j. Petrus iacobi. in rubrica de ſtatu curiarū:vbi

Fauor indebitus.

dicit ꝙ ſi totus mundus veniſſet non poſſet credere ꝙ ſi vna
pars det ⁊ alia non.Certe iudex erit danti naturaliter fauo-
rabilis ⁊ non dans habebitur aliquali odio. Et ſi aliud non
faciat iudex:ſaltē aliquando diu ſtabit ⁊ inſtruet dantem et
ei dabit gratioſas dilatiōes:⁊ parti non danti nociuas:⁊ ſtu
dendo in iure oēs opi que dicent pro iſto q dedit videbūtur
ſibi ꝯcludentes:ꝯrie ſibi videbūtur iniqꝫ:qꝛ hoīes facilr̃ cre-
dunt ꝙ vellent:vt dixi.s.in materia de guelſis ⁊ gibellinis.



UVA. BHSC. IyR_277_2

plura ponit Paris de ſindicatu in ver. barataria. ⁊ in verſi. corruptio. nec ꝯria ꝯſuetudo excuſaret. Feli. in. c. ad aplicā. de ſimo. Decius in. c. cū. m. col. xiij. ⁊ ſeq. de cōſti. dū loquit̃ de ſtatuto ſeu ꝯſuetudine ꝙ nouus canonicus debeat aliqd ſoluere: ⁊ in. c. nā concupiſcentiā. in fi. ij. col. vbi Roch. eo. ti. de quo Angelica in verbo iudex. §. xv. vtrum ꝯſuetudo. Et

**Sñia lata ꝑ pecuniā eſt nulla.**

ſñia lata per iudicē pecunia corruptū eſt ipſo iure nulla. l. venales. C. qñ prouo. non eſt neceſ. c. cū ab oī. de vita ⁊ ho. cle. Archi. in. c. recte. xj. q. iij. facit Hipol. in rubri. de proba. colū. xxix. vbi dicit ꝙ querens corrūpere iudicē: teſtē: vel notarium dꝫ puniri in amiſſione cāe: ⁊ hoc procedit ēt ſi det̃ vt iuſticiam faciat. Ange. in. l. ij. ff. de condi. ob tur. cām. vbi etiā ponit de inſtāte iudicē vt eximat quē a carcerib᷒ ⁊ ꝙ eū releuabit in ſindicatu: ⁊ nullus poſteriorꝫ ibi mētionē facit: ⁊ idē vult Cardi. in. c. qui recte. xj. q. iij. in. j. q. iij. c. vēdētes. ad fi. vbi de auditoribus rote procurātibus ſibi fieri propinā: ſiue detur pecunia: ſiue alia res. Bologni. in ſuis nouis interpretationibus in pima editione. in. l. ſi pars. ff. de inoffic. teſt. eſt char. xxviij. vbi limitat. d. l. venales. nō procedere qñ eēt data modica pecunia. Duas alias limitatiōes ponit Sozi. fallen. ccclvj. limitans in arbitrio. Itē qñ inter plures iudices vnus ſolus fuiſſet corruptus: ⁊ fallē. xxxvij. limitat qñ datur iudici pecunia pro debito ſalario. Item qñ datur palam de quo etiā Lancel. in. l. fi. col. fi. ff. de iuſti. ⁊ iure. Itē limita qñ daretur poſt latam ſñiam. Hipol. no. cxc. incip. iudices. dū-

**Qñ̃o ſatiſfaciet dāna.**

mō tñ non preceſerit ꝓmiſſio ante ſñiaꝫ vt ꝑ eum. Cogitetqꝫ iudex ꝙ ſi male iudicauerit tenet̃ ad damna: ⁊ īteresse vtriqꝫ parti: vt ꝑ doc. predictos. Alberici ī dictionario in v°. iudex Roſariū in. j. parte ſerm. xxv. lr̃a. S. īcipi tertio pria parte. Et parte. ij. ſerm. xxix. lr̃a. E. ſub tit°. de ꝯſilijs datis iudicibus in. iiij. documēto ⁊ duobus ſeq. Et ſic eſt deterius q̃ꝫ fenerari. nā fenerator reſtituendo qđ accepit poteſt ſperare miſericordiā a deo. Sed iudex corruptus. ꝑ. x. ducatis. nō poterit abſolui niſi reſtituat dāna ⁊ intereſſe. que aſcandent forte ad mille. Et ꝓpterea dr̃. in. c. cum eterni. de re. iudi. li. vj. ꝙ caueant iudices maxime in ſentētijs ꝙ nulla ſit acceptio ꝑſonarū ſiue ſit ciuis ille ſiue ꝑegrinus nulla erit diſtātia ꝑſonarꝫ ita paruū audietis vt magnū nec accipietis cuiuſq̃ꝫ perſonā: qꝛ dei iudicium eſt. Deuteron. c. j. Hoſt. in. c. nouit ī fi.

**Preuertētia iudiciū.**

princ. ꝑ illum tex. de iudi. nil vēdicet odiū vel fauor vſurpet timor exulet: ꝑmium aut eius expectatio iuſtitiā nō euertat: ſꝫ staterā gerat in manibus: ⁊ lances appendat equo libramine: preoculis hēant ſolum deū: de quo Bal. in. l. fi. C. de pen.

**Boetius.**

iud. qui mal. iud. ⁊ Boetius li. j. de ꝯſolatione. metro ſeptimo. incipi. nubibus atris. inquit. Tū quoqꝫ ſi vis lumine claro cernere verū. Stamine recto carpere celuꝫ gaudia pelle. Pelle timorem: ſpemqꝫ fugato. Nec dolor aſſit: nubilū mēs eſt: vinctaqꝫ frenis. hec vbi regnant. Et ꝓpterea in quo iudicio iudicaueritis: iudicabimini. c. deus oīpotens. ij. q. j. facit

**Catilina.**

Zacha. in ſmo. cōcilij. piſani. col. j. Catilina. in prin. ſue rñſionis contra Ciceronē dicebat ꝙ oēs qui de rebus dubijs conſultant debere in primis aīaduertere ne cuiq̃ꝫ voluptati temere aſſentiant: neue liberū īgeniū fauore aut iracūdia peſſundent: imo eniti debēt vt durent inuitis animis vt omniū rōnes eque circūſpiciant nec in alterutrā partem inclinēt: donec luce clariores in aptum deducte: ⁊ ſatis ꝑorate cauſe videant̃. Difficile eſt em̄ cōmot is animis ⁊ cōcitatis ingenijs verum cuiq̃ꝫ perſuadere. Purgato itaqꝫ animo ⁊ mundatis manibus. Paris de ſindicatu in ver. iudices. puras debent

**Caueat iudex.**

habere manus. eſt char. xlv. ⁊ char. vj. col. ij. ver. ꝑ ſindicatores. Recordet̃qꝫ ꝙ onus iudicādi eſt graue. Lucas de pēna. i. l. fi. col. penul. C. de vend. reb. ciuit. li. xj. etenim res iudicata ꝓ veritate habet̃ ⁊ tribuit ius non habēti. l. iulianus. verū debitorem. ff. de condi. inde. vbi Iaſ. colū. ij. dicit ꝙ iudex facit de albo nigrū: ⁊ de nigro albū. l. res iudicata. ff. de regu. iur. Sozi. in. l. ſingulis. ff. de excepti. Curtius ſenior cōſi. lxv. colum. xv. ⁊. xxiiij. ⁊ alijs pluribus: vt in eius tabula in ver. ſententia. preſertim cōſi. lxxv. col. viij. Alex. li. ij. ꝯſi. xxij. cxxiij. col. ij. cxxxvj. col. iiij. ⁊ li. v. ꝯſi. xxx. col. ij. ⁊ li. iiij. cōſilio. xij. ⁊ xvij. prout preſumit̃ pro mādato pricipis in preiudiciuꝫ tertij. Decius cōſi. cxxv. colum. iij. Et procedit etiā pendēte cā nullitatis vel reſtōnis in integrū. Feli. in. c. qm̄ contra. colū. xxij. de proba. Etiā ſi pendeat appellatio dr̃ res deciſa ꝑ ſententiam. Decius in. c. ſuper litteris. col. vj. de reſcri. Hipol. in rubri. C. de ꝓba. col. xxxiij. vbi dicit ꝙ facit notoriū anteq̃ꝫ retractet̃ lꝫ ſit retractabilis. Niſi eſſet lata contra abſentem.

Feli. in. c. cū bertoldus. col. ix. de re iu. Sit etiaꝫ memor iudex ꝙ ipſe habet plures inimicos: ⁊ eſt tanq̃ꝫ ſignū ad ſagittam. c. qualiter ⁊ qñ. el. ij. de accuſ. Amadeus in dialogo de amicitia. char. xxxvj. ⁊ ꝙ ſi in officio aliquid comedit tpe ſindicatus illud ad inſtar cibi digeret. gl. in. l. ij. C. de coartal. lib. xij. paris de ſindicatu in princi. tractatus. Et conet̃ totis viribus inquirere veritatē facti. l. ij. C. de edē. vbi omnes mo-

**Ingrat veritatem.**

der. no. Veritas em̄ in oībus principatū obtinet: ⁊ eſt a quocunq̃ꝫ preferenda. ij. q. vij. c. queritur. facit Decius in. c. qm̄ contra. de ꝓba. iiij. no. per illum tex. ⁊ in. c. ſi duobus. colū. iij. de appel. Et hoc conari dꝫ quilibet vir bonus ⁊ iuſtus iudex ſm̄ Hipoll. in. l. j. §. ſi quis vltro. colū. iiij. de queſti. maria. in tracta. de teſti. in. c. fraternitatis. iij. char. col. j. domi. Alex. de neuo cōtra iudeos fenerantes in cōſilijs impreſſis poſt ſupplemētum piſonelle. col. xxxij. allegat Eſdre. c. iij. ꝙ

**Veritas.**

veritas magna eſt ⁊ fortior preoībus: ⁊ Iſidorum de ſummo bono: ſic exclamañ. O q̃ꝫ magna eſt vis veritatis que oīa ingenia: aſtutias ⁊ calliditates ſuperat: que cōtra ficta ſimulataqꝫ figmēta ſeipſam defendit: que, deniqꝫ poſt deuꝫ collēda eſt. Immo deus eſt veritas ⁊ vita. Non em̄ eſt veritas imutāda ꝓpter ſubtilitatem doctorꝫ. l. in rebus. C. de iur. dot. no. Alber. in. l. j. C. ſi vt ſe ab here. abſt. Et adiuuanda eſt: ⁊ non cum ingenij ſubtilitate laceranda. c. cū eterni. de re iudi. lib. vj. cū alijs pluribus ſimilibus: vt Calcaneus cōſil. j. col. j. Et debet iudex veritatis ꝓbatiōes ampliare: ⁊ eis fauere vt ſalue ſint: iurib᷒ allegatis per Hipol. in. l. j. §. ſi quis vltro. col. iiij. ff. de queſti. Et iram dei ſupra ſe prouocat qui veritateꝫ opprimi ꝓſpiciēs eā pro viribus nō defendit. xj. qō. iij. c. qſqꝫ ſcrutinium. char. ij. vbi. char. iiij. dicit ꝙ non ſolū eſt ꝓditor veritatis qui palā mendatium dicit: ſed qui libere veritateꝫ non defendit: vbi plura in char. ſeq. ⁊ char. cxxxiij. vbi dicit ꝙ veritas falſitate aliqñ oppugnari poteſt: expugnari vero nūq̃ꝫ: qꝛ veritas oīa vincit. glo. in ver°. iniuriarū. in fi. in. c. cōſuetudo. lxxx. diſ. Hoſtiē. in. c. in audientia. de ſentē. excō. et veritati oīa cedunt. c. fraternitatis. de frigid. ⁊ malef. ⁊ veritas ſuper oīa eſt amanda. l. ſi cui ita legatū. ff. de cōditi. ⁊ demon. Alexan. lib. iiij. conſi. lv. in prin. ⁊ in paucis ꝯſiſtit nec deſiderat verborꝫ adminicula. Barba. lib. j. conſi. lxij. col. ij. propterea dicebat Lactātius in. iij°. ꝙ deus hanc rei voluit eſſe naturā vt ſimplex ⁊ nuda veritas eſſet luculētior: qa per ſe ornata ſatis eſt. Ideoqꝫ ornamentis extrinſecis additis fucata corrūpitur. mēdacium vō ſpecie placet aliena. Debetqꝫ iudex illam īueſtigare etiā per diſſimulationē: exemplo Salomonis in. c. afferte. de preſump. ⁊ Karoli magni quē ſupra retuli in ſexta rōne partis affirmatiue de bono prolis. facit l. obſeruañ. in fi. ff. de offi. preſi. gl. in. c. qūo virginibus. xxxj. q. j. Decius cōſi. clj. col. xij. Hipol. in. l. de minore. col. iij. ff. de queſti. vbi loquuntur de diſſimulatione iudicis. pulchre Barba. in. c. ſi ſacerdos. col. iij. de offi. ordi. Anchara. in regula poſſeſſor. col. xiij. eſt. circa fi. j. qōnis. ⁊ circa fi. iij. qōnis. Et ꝙ iudex debeat inquirere veritateꝫ per plura: ⁊ pulchre tradit Paris de ſindicatu. in ver°. ſñia. §. reſtat. eſt col. pe. vſi. ⁊ aduertēdū. qđ dcm̄ eſt char. lxxvj. Pau. de ca. li. ij. ꝯſi. cccij. ego paulus. vbi dicit ꝙ iudex debet toto poſſe ōfendere veritatem vt eā iuuare qñ ipſam manifeſte cōprehendit: ⁊

**Cōtra calūnioſos.**

reſiſtere calūnijs ⁊ punire periuros ⁊ mendaces: in eis onus probationis tranſferendo. Idem Barb. li. ij. conſi. xlvij. incipi. preclare. Ancha. conſi. cccxvij. in cā. in primis verbis. Luc. de pēna in. l. quotiens. C. de naufr. li. xj. Et ꝓpterea dicunt doc. in. l. ij. C. de eden. vbi Iaſ. iiij. col. ꝙ teſtes debent iurare ⁊ deponere pro vtraqꝫ parte. Hipol. in. l. de minore. §. tormēta. col. iij. ver. vlterius. ff. de q̃ſti. ⁊ ſi recuſent reddūtur ſuſpecti. pro quo Bal. in. l. peremptorias. col. fi. C. ſen. reſcin. non poſ. Bar. in. l. ſi duo patroni. §. idem iulianus. col. penul. de iureiur. Bal. li. iij. ꝯſi. clx. fem̄. in fi. col. ij. Curtius in aut. hoc ſacramētum. col. j. C. de iura. calū. Ange. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. in fi. Alexan. in. l. j. circa fi. C. vt

**Teſtis debet deponere pro vtraqꝫ parte.**

que deſ. aduo. iud. ſuppl. Et per auctoritates predictas: alſ dicebam non placere illam praticā qua vtuntur examinatores teſtium: qꝛ ſi adiunctus nult interrogare teſtem ſup materia de directo cōtraria nolunt ꝙ teſtis rñdeat: quaſi ſit tale interrogatorium imptinens: ⁊ dicunt: faciat pars aduerſa capitula: ⁊ probet ſi vult: nā vt patet ex premiſſis teſtis dꝫ reſpondere pro vtraqꝫ parte. Ergo dꝫ etiam deponere ea que ſcit de materia de directo cōtraria capitulis ꝓducentis. Inueni ſolum Areti. in. d. l. ij. C. de eden. limitantē hoc nō procederet qñ

UVA. BHSC. IyR_277_2

cederet qñ ſolum iurauit teſtis ſuper illo articulo ꝯcernẽte
fauoꝛem partis pꝛo qua deponit: puta qꝛ articulus dicebat
qualiter titius mutuauit ſempꝛonio.x.tali die ⁊ teſtis iura-
uit ſolum ſuper hoc articulo:⁊ iudex ſeu interrogatoꝛ adiun
ctus interrogabat teſtem:nũquid ſempꝛonius reddiderit ei-
dem titio pecuniam mutuatã.dicit eñ Areti.qꝛ non erat iu
ratus:de hoc non tenet̃ reſpõdere. Immo ſi reſpõderet non
crederet̃. Secus autẽ ſm eum qñ teſtis iurauiſſet ſuper tota
cauſa:qꝛ tunc bene ꝓcederet opi. Bal.⁊ alioꝝ.ſ.relata: ẽt ſi
pars daret poſtea articulos ſup qb᷒ vellet dictos teſtes exa-
minari. Feli.in.c.de teſtibus.col.fi.de teſti.⁊ vtraqꝫ vel alte
ra parte petẽte dꝫ teſtꝭ iurare ſup tota cã. Feli.in.c.ꝑ tuas.
col.pe.de teſti.⁊ in.d.c.de teſtib᷒.col.fi.eo.ti.dicit ꝙ in du-
bio ita pꝛeſumit̃ iuraſſe. Et ꝗuis Aret.nõ alleget. Idẽ vult
Specu.in.j.parte in ti.de teſte.§.iam de interrogatoꝛijs.co
lum.iiij.ver°.in ſumma. Eſſet bene cogitandũ:qꝛ nõ inuenio
hoc bene declaratuꝫ:⁊ pꝛatica videtur obſeruare:qd.ſ.dcm̃
eſt:lꝫ iudicio meo melius eſſet ſeruare oppoſituꝫ ad euitañ.
impenſas:⁊ ad abbꝛeuiandũ lites.l.terminato.C.de fruct. et
lit.expen. Preterea ſi pars met tenet̃ reſpõdere veritatẽ ꝯ
ſe pꝛopter iuramentum calũnie ꝙ pꝛeſtatur in quo continet̃.
Et ſi queret̃ veruꝫ nõ inficiet̃ pꝛaticus papiẽ.in foꝛ. li.in act.
reali.glo.fi.que incip.per ſacramẽtum calũnie ꝗto magis te

**Teſtis cauillat̃ cũ interrogatoꝛijs.**

ſtis in quo ceſſat ratio.§.his auctoꝛitatibus.ver.tibi dico.d
peñ.diſ.j. Iteꝫ pꝛo veritate defendenda ſi iudex videat teſtẽ
eſſe ſuſpectũ debet illum ad vnguẽ examinare:⁊ inuoluere ſi
poteſt. Bal.in.c.j.col.j.de conſtitu. Alex.li.v. conſi.cliij.vi
ſis narratis.col.iiij.⁊ cõſi.ſeq.col.ij. Decius in.c.lꝫ cãm.co-
lum.v.de pꝛoba. Feli.in.c.cũ in tua.col.j.de teſtibus.nõ ta-
men facere interrogatoꝛia impꝛtinentia. Feli. in .c.per tuas.
col.pe.de teſti.vbi dicit qũo debeant fieri ⁊ reſecari. Et dixi

**Ex fctõ orit̃ ius.**

ꝙ veritatẽ facti debet diligenter iudex ingrere:qm̃ ex facto
ius oꝛitur.l.ſi ex plagijs.§.in cliuo.ff.ad legẽ aquil.l.omniũ.
C.de om.agr.deſer.lib.xj.in allegatiõibus do. Baptiſte ca-
ſtellioni impꝛeſſis poſt ſingularia. Cremen.col.j.vbi allegat
l.ea eſt natura.ff.de reg.iur.ꝙ modica facti variatio inducit
magnã diuerſitatẽ iuris. Et ꝓpterea Sceuola de moꝛe rñde
bat ſm ea que pꝛoponerent̃. Barb.lib.iiij.cõſil.lxx. vbi xps.
col.vj. Decius ſepe in pꝛin.ꝯſilioꝛuꝫ ſuoꝝ. Et in fcõ etiã pꝛu
dentiſſimi errant.c.licet.de cõſtitu.lib.vj.l.fi.ff.pꝛo ſuo.cla-
rius in.l.ij.ff.de iur.⁊ fa.igno.non eñ pꝛeſumũtur facta niſi
pꝛobẽtur.d.c.licet.allegat̃ vulgo.l.i bello.§.facte.ff.de cap.
⁊ poſtli.reuer. Tu pꝛo ſolatio vide qũo hoc ꝓbet̃ in illo tex.
Ideo melius pꝛobatur in.l.quecũqꝫ.§.penul.ff. de publici.
cuꝫ ſi.vt Bal.li.ij.vltime impꝛeſſiõis.cõſi.cxcviij.incipi.ſta-
tuto ciuitatis tergeſti. Panoꝛ.per illũ tex.in.c. cum in iure
peritus.de offi.dele. Audiui etiã allegari.l.ꝯſilio.§.fi.ff.de
cura.fur. Sozi.in conſi.xxvij.col.iij.allegat.l.j.C.de ꝓba.et
l.aſſeueratio.C.de non nu.pec. Ideo potius allega iſta iura

**Scdm̃ pꝛobationes.**

ꝗ illum.§.facte. Et ꝓpterea opꝫ ꝙ coꝛã iudice ſit ꝓbatuꝫ:qꝛ
iudex cui nihil cõſtat nihil agit. Eſt eñ iudex quoddam pꝛe-
dicamẽtum quod pꝛedicat̃.de pꝛoba. Bal.in.c.fi. de iureiu.
⁊ ideo dꝫ iudicare ſꝫ allegata ⁊ ꝓbata.l.illicitas.§. veritas.
ff.de offi.pꝛeſi.ad quã Ange.inſti.qui.mo.tutel.fini.in pꝛic.
in.§.ſi minus.col.v.inſti.de acti. Paris de ſindicatu. char.
xlix.in ver°.iudicare.col.iij. Bertach. in tracta. de epõ.iiij.
parte.iiij.libꝛi.eſt char.xlvij.q.xj.late ⁊ moꝛaliter Lucas d
pẽna in.l.quicũqꝫ.C.de tabul.⁊ ſcribis.lib.x.quem ſemꝑ.vi
de Angelica in ver°.iudicare.§.vij.incipi.vtrũ iudices. Fe
li.poſt Barb.in.c.paſtoꝛalis.§.qm̃.col.fi.de offi. deleg. vbi
ponit.vij.fallẽ.ad q̃rtã dũ limitat in iuriſdictione volũtaria:

**Scdm̃ conſcientiam.**

qꝛ in illa iudex dꝫ ſequi indiſtincte ꝯſciam. Adde Philip-
pum deciũ in.l.antepe.que incipit bonoꝛum.ad fi.C.qui.ad.
vbi dicit idẽ qñ ꝯſcientia iudicis nemini nocet. facit Anch.
cõſi.ccx.facit dubiũ in fi.dũ dicit ꝙ ſi inter ꝯiuges ſit lis nec
liqueat de cã eoꝛum ꝯſcia eſt in manibus eoꝝ relinquenda.
Ideꝫ vult Curtius iunioꝛ in.d.l.antepe.qui addit vltra. Fe
li.aliã limitationẽ:videlꝫ ꝙ ſi pars fatet̃ iudici in ſecreto ve-

**Nũqꝫ cõtra veritatem.**

ritatẽ cauſe:lꝫ ex actis non poſſit de veritate ꝯſtare:tñ iudex
nunqꝫ dꝫ iudicare cõtra illam ꝯfeſſionẽ. Feli.in.c.cũ venera
bilis.col.xiij.de excep. Alex.in.l.ſi is ad quẽ.ff. de re iudic.
Catellanus in ſcđa parte memoꝛial.in ver.iudex dꝫ iudica-
re.⁊ Bertachinus in.d.tracta.de epõ.limitat etiaꝫ vbi agit̃
de etate Item qñ agitur de materia cõfinium. Item qñ ipſe
videt aliquem poꝛtantẽ arma:quia in iſtis poteſt iudicare ex
hiis que vidit lꝫ non conſtet de actis. Veritatem itaqꝫ facti
intelliget iudex vel ex partiũ aſſertione.l.fi.C.ſi per vim vel
alio mõ vel ex ꝓbatiõibus. Et pꝛopterea dicimus ꝙ in ꝓba

**In ꝓbatiõibus ſtat cãrũ pondus.**

tionibus ſtat cauſarũ pondus. Bal.in.l.ingenuum.ff.de ſta.
homi.in.l.matrem.poſt Cy.C.de pꝛoba.⁊ lꝫ ius nõ deficiat
deficiet tamẽ qñqꝫ pꝛobatio.l.duo ſunt titij.ff. de teſt.tutel.
vbi dicit Bal.ꝙ deficiente pꝛobatione deficit ſubſtãtia cãe.

**Nõ dꝫ ſe iudex arctare ad vnã ſpẽꝫ ꝓbationis.**

Et debet bonus iudex aĩum ſuũ confirmare argumẽtis ⁊ te-
ſtibus que rei aptioꝛa ⁊ pꝛoximioꝛa ſunt:⁊ nõ dirigere aĩum
ad vnam ſolã ſpẽm pꝛobationis. Fulgo.conſi.cxxxiij. ꝓponi-
tur.col.fi. Pau.de ca.li.ij.ꝯſi.cccij.ego paulus barb. lib.ij.
conſi.xlvij.pꝛeclare.in pꝛimis verbis.qm̃ ⁊ que non pꝛoſunt
ſingula multa iuuant.c.illo vos.de pign.l.ſpadonem.§.q iu
ra multa.ff.de excu.tut.cũ ſi.vt Barba.li.j.ꝯſi.xliij.ꝑclare.
col.ij.⁊ lib.ij.conſi.vj.⁊ ſeq. Sozi.qui dicit ꝙ etiã deſtruunt
conſi.cxviij.pulchꝛe Barb.li.iiij.cõſil. lxxij.ſapiẽter.col.vj.

**Pꝛobatio in arbitrio iudicis.**

ſic ptꝫ. Et ꝙ pꝛobatio ⁊ teſtium fides tota eſt in iudicis arbi
trio.l.iij.§.j.ibi tu magis ſcire potes.ff.de teſti.c.ex litteris.
vbi Decius.iij.no.de ꝓba.vbi poſt Bar.⁊ Pau.de caſ.di-
cit ꝙ lꝫ teſtes clare pꝛobent:iudex ſi ei videbitur poterit fi-

**Regulare arbitriũ ſuũ vt bon᷒ vir.**

dem non adhibere:⁊ ecõtra.tale tamen arbitrium debet iu-
dex regulare pꝛout bonus vir:⁊ ſic ſm leges reuꝫ abſoluere:
alr̃s poſſet appellari. Bar.in.l.lucius.in fi.ff.de ĩfami.⁊.l. in
crimine.ff.d adul. Hipol.in.l.qõnis modũ.colũ.v.ff.de que-
ſti.ſequitur ſimplr̃ opi. Bar.⁊ Pau.idem Deci᷒ ꝯſi.xciiij.
col.j.cv.col.v.⁊.clxiij.in cã matrimõiali.col. ij. ⁊ idem vult
Pau.de ca.conſi.cxliij.viſo pꝛoceſſu.col.ij.li. ij. quem ſeqt̃
Sozi.conſi.cclxij.in cã magnifici.col.antepe.dicens ꝙ lꝫ te-
ſtes ſingulares non ꝓbent:poteſt tñ iudex illis fidem adhibe
re:ſi ex eoꝝ dictis ĩ credulitatẽ dducitur:lꝫ iudices capitioſi
credere nolint. Idem Sozi.cõſi.clxxxvij. in cõtrouerſia.col.
iij.⁊ in bonoñ.conſi.xxxvij.col.pe. Hipol.in ſing.cxiiij.ĩcipi.
vulgatum ⁊ tritum.ꝙ iudex põt plene credere teſti ſingula-
ri qñ eſſet perſona nobilis. Idem tꝫ ipẽ in.l.j.§.qd vulgo.co
lum.iiij.⁊.xij.⁊ in.l.ſi quis ne q̃ſtio. colũ. xxxiij.ff.de queſti.
franc. Bꝛunus in tracta.de indicijs ⁊ toꝛtura.char.j. col.ij.
Cacialupus in repe.l.admonẽdi.de iureiurã.col.xxix. ⁊ .lv.
vbi Curti᷒ ſenioꝛ.col.xxxiij.de quo dubitat Cacialup᷒ ibi ꝓ-
pter tex.in.l.vt iuriſiurandi.C.de teſti.glo.in.§.j.in ver.per
dignitatẽ.in aut.de teſti.tu vide Iaſo.in.l.gallus.§. ille ca-
ſus.iij.col.ij. lec.de lib.⁊ poſth.maxime vbi pꝛocedit̃ ſola fa
cti veritate inſpecta.quo caſu iudex poteſt credere ꝓbatiõi-
bus perſuaſiuis:lꝫ non perfecte ꝯcludentibus ſm Are.cõſi.
lxxxiiij.⁊.cxxvj.quem ſequit̃ Iaſ.⁊ Sozi.in.l.certi conditio.
§.ſi nũmos.col.vj.ff.ſi cer.peta. Claud.in.l.ſi ita ſtipulatus.
§.griſogonus.col.v.ff.de ver.obli. Feli.in.c.j.col.xv.de cõ-
ſtitu. Decius conſi li ij.col.iij.⁊ in.c.dilecti.col.iij. de iudi.
Idem Sozi.conſi.cxxvj.colũ.ij.ꝯrium tñ voluit Paris de
ſindicatu.in ver.ſententia.c. vtrum iudex.ver. ⁊ adde. bar.
eſt.char.lxxiij. Alex.lib.iiij.conſi.lxxx. viſo pꝛoceſſu. col.fi.

**In arbitrio iudicis.**

Sozi.conſi.ccxxxj.col.ix. Et ꝙ ſit in arbitrio iudicis:late te-
net Barba.conſi.vij.incipi.ſapienter non falloꝛ.colũ. vj. in
fi.⁊ conſi.ſeq.col.x.lib.ij.⁊ dicit Riminal.in.l.ij.vlti. no.C.
de edẽ.qd eſt in facultate iudicis adhibere fidẽ vni teſti vel
non.ex his que vidit ⁊ audiuit in teſtificatu. Idẽ vult Iaſon
in.l.ſi is ad quẽ.col.v.ff.de acqui.here.ꝙ iudex etiã põt non

**Veriſimile.**

credere inſtr̃o.⁊ dicit Feli.in.c.auditis.col.xj.de pſcri. ꝙ iu
dex ſi videt inſtr̃m continere non veriſil̃e:lꝫ contineat poſſi-
bile non debeat eidem credere.facit Sozi.in boñ.ꝯſi.xxviij.
col.iiij.ver.pꝛeterea.⁊ cõſi.xcviij.col.ij. Curtius iunioꝛ ꝯſil.
xvij.col.ij. Barba.lib.j.ꝯſi.xxxij.ſcribit̃ col.ij.⁊ li.iiij.ꝯſilio
lxxxiij.ſupꝛemus.col.fi.⁊.lxxx.quã egregie.col.iiij. vbi dicit
ꝙ ſemper debemus ſeq veriſil̃e.c.qꝛ veriſil̃e.de pꝛeſum. vbi
Feli.l.non eſt veriſil̃e.ff.qd met.cã. Curtius in trac.de teſti.
conclu.xxix.⁊.xxxij. Coꝛſe.ſingu.ccclviij. Feli.in.c. auditis.
col.xij.de pꝛeſcript. Et minus veriſil̃e excluditur per magis
veriſil̃e. Calcaneus cõſi.lxj.ventura.col.vj.ver. ⁊ ideo tolli-
tur. Iaſ.in.l.ſi extraneus.col.ij.ff.de cõdi.cã data. hipoli.in
rubꝛica.C.de pꝛoba.col.xxv.in.l.j.in pꝛin.colũ. xv.de q̃ſtio.
⁊ in.§.j.colũ.vj.eo.ti. Debet tñ iudex in ſnĩa cãm expꝛimere
pꝛopter quã non credit plene pꝛobationi ex quo recedit a re
gulis cõibus. Decius in.c.cõſuluit.el.j. de pꝛoba. Feli.in.c.
j.col.xiij.ver.ex pꝛedictis adde.⁊ in.c.que in eccleſiaꝝ.colũ.
xix.in.c.eccleſia.col.ix.ver.ij.limita.de cõſti.⁊ alr̃s tenet̃ ſta-
re ad id qd eſt ſcriptũ ne teneatur in ſindicatu. Feli. in.c.cuꝫ
veniſſent.col.j.de teſti. Et ſibi dꝫ conſtare de qualitate vni
ci teſtis cui plene vult credere ꝓpter illaꝫ q̃litatẽ:ita Barb.
conſi.xxix.

UVA. BHSC. IyR_277_2

conſi.xxix.illud.col.fi.li.j.⁊ alibi ſepe doc. Iſtis enim auctoritatibꝰ ⁊ dictis nouiter aggregatis pōt aduocatus ⁊ iudex vti ad conualidandū ꝓbationes veritatis:non aūt iniqtatis ⁊ mēdacij. Cognita igitur veritate facti illud applicet ad

**Conſiderare textus legum.**

ius:⁊ ſi hꝫ cōem doct.opinionē illam ſequatur iudex:vt.ſ. dixi.ſi vero non hēat cōſideret diligenter textus legū in materia loquentes:⁊ ſic dicetur ire per viā ſilicatā ſm Bal. quē refert cazalupus in repe.l.admonēdi.ff.de iureiur. in fi.col. lxxviij.⁊ idē eſt de mēte Iaſo.in.l.ita ſtipulatus.la grande. ff.de verbo.obli.col.antepe.dū dicit ꝙ ſeqtur illā opi. qꝛ eſt magis amica iuriū.Si vō eundo per tex. legū ⁊ rōnes naturales ⁊ cōctas circūſtantias rimari.c.iudicantē.xxx.q.v. nec feſtinet:nec precipitet ſniam.Feli.i ꝓn.ſue lecture.ver.in gl. prima libri hipol.in.l.ſtatuliber.col.penul.ff.de qſti.Deci. in.c.cum venerabilis.col.v.de excep.ſed mente tranqlla pagat.Car.per illum tex.in.c.illa.xj.q.iij.cum ſubtili īueſtigatione diligenter perqſiuerit veritatē ⁊ eā inuenire nequeat

**Articulꝰ iuris dubius q̄o dicat.**

qꝛ premiſſis iſtis res tunc dicet dubia.Sozi.in.l. ſi fuerit.§. plane.ff.de reb.du.Iudex tunc apud deum ⁊ hoīes excuſabitur ſi in tanta varietate ⁊ dubio eligit illam opi.quam ſm

**Sequat qd ſibi iuſtiꝰ videt in ꝯſcia**

eius bonā ꝯſciam credit eſſe verā etiā ſi poſtea ꝯtrium declaretur per auctoritatē hūtem:vt.ſ.dixi circa prin.huius.x. ampliationis.Ancha.cōſi.ccxj.incipi.inter ꝯtria ⁊ varia.quē ſequitur Cacialupus in trac.de tranſac.q.xij.col.ij.Sozi.cōſil.cl.incipi.⁊ nos.col.xxix.ſeu antepe.Decius cōſi.lxviij.in fi.col.v.⁊ conſi.cclxxvj.col.pe.in.c.j.ꝑma lec.col.vj. de probatio.ver.illud vtiliter nota.Sandol.in.l.ſi fuerit. colū.iij. ff.de reb.dub.Et dicit ibi Ancha.⁊ docto.predicti ꝙ ſi hoc facere nolit videat partes cōponere aut ſaltē diuidere ꝑ medium:de quo glo.in.l.nēſenius.ff.de neg.geſ.que dicit hāc eſſe ſniam ruſticorum de qua do.Iaſ.in.l.ſi tibi decē.§.ſi pactus.ff.de pac.col.ij.facit Ang.in.l.ſi expreſſim.col.iij.ante fi.ff.de appel.vbi in ꝯflictu opi.iudex dꝫ ſequi illam que ſibi magis iuſta videt in ꝯſcia.Bal.lib.iiij.conſi.ccclxx.in cā. in fi.ij.col.vbi poſt Inno.dicit ꝙ in dubijs opi. vni adherere non reputatur peccatū:tū ſanctū eſt in talibꝰ pro veritate pugnare.facit Barb.i.d.c.paſtoralis.§.qꝛ vero.col.viij.de officio deleg.in cle.ne romani.nu.xiij.de elec. Facit Angelica in verº.reſtitutio ꝑmo.col.xx.§.viij.ver.vtruꝫ aduocati. vbi dicit ꝙ iudices ⁊ aduocati nō excuſantur ſi ſcripture ad eos delate appareant iuſte ⁊ ꝯctus eē iuſtos qñ ꝯſcia eis dictat ꝙ ſunt de ꝯctibus vſurarijs.Et pro ſuadendo partibus

**Suaſio ad ꝯcordiam.**

concordiū poteſt iudex illis memorare illud qd eſt ſculptum in lapide marmoreo penes ſcalas per quas aſcenditur palatium broleti Mediolani.ꝙ In cōtrouerſijs cārū corporales inimicitie oriuntur fit amiſſio expenſarū labor animi exercetur corpus quotidie fatigatur:multa ⁊ ihoneſta crimina deinde ꝯſequūtur bona ⁊ vtilia opera poſtponunt.Et qui ſepe credunt obtinere frequētius ſuccūbunt:⁊ ſi obtinent cōputatis laboribus ⁊ expeñ.nihil acquirunt.Itē ⁊ memorare illd quod dicit Saluator Matthei.v.c.Si quis voluerit tunicā

**Da tunicā ⁊ pallium.**

tuam tollere ⁊ in iudicio contēdere:dimitte ei ⁊ palliuꝫ.xiiij. q.j.c.j.vt refert Flor.in.l.fi.in fi.ff.famil. herciſcū. dicens ꝙ ꝓpterea quis non dꝫ eſſe nimis promptus in litigādo. Cuilibet ergo ꝯſulimus bona fide ꝙ pronior ſit ad componēdū ꝗ̄ ad contendendū.xc.diſt.per totū.Maria.in.c.ij.co.lxj. ver. xiiij.princip.articu.in.j.concluſione.de lib.oblati.vbi ſubi-

**Doctor nō litiget.**

cit:hoc ego imprimis ex charitate vobis ꝯſulo:potiſſime cū eritis doctores vt cū dictis auctoritatibus non ſolū perſuadeatis verum ēt in pellatis ⁊ aſtringatis partes ad compoſitionē ⁊ concordiā:⁊ a cauſis ꝓprijs omnino abſtineatis ꝓpt predicta:⁊ ēt qꝛ dubius ſit euentus litis ſi ꝓpriā cām amitteretis:eſſet vobis magnū dedecus:⁊ ſic perderetis cām ⁊ honorem:⁊ propria affectio poſſet inducere intellectum veſtrū ad perniciem.Et ibi allat marianus Thomā doctū dicere ꝙ poſſet ꝯtingere ꝙ doctor non hret ſoluentē ſibi mercedē propter qd cā de facili perderet.Fugiēdas ergo eſſe cauſas proprias tanꝗ̄ rē pernicioſā exēplo piſtoris qui panē ponit in furnum ⁊ non ſe.Et ſi neceſſitaris litigare in cauſa ꝓpria aduocatum quere.Et Decius in.c.cū veniſſent.col. iiij. de

**Boni viri lites execrātur.**

iudicijs. vnde boni viri lites execrantur.Iaſ.in.l. filio pat.j. no.ff.de leg.j.ꝓpterea dicit Feli.in.c.nihil. in primis vbis. de preſcrip.ꝙ plures ꝓpter execrationem liu iū dimittūt ius ſuum indiſcuſſum:⁊ iſti perpetuo litigātes preſumunt calūnioſi:⁊ ſunt exoſi legibus.Barba.in cle.vt calūnijs.de re iudi.⁊ li.ij.conſi.vij.incipi.ſapiēter colū.xj. ⁊ conſi.xxxj.oia quecunꝗ̄.col.ij.lib.iiij.⁊ in.d.cle.vt calumnijs.colū.ij.dicit ꝙ hoc in tm̄ procedit vt ille qui de leui litigat non ſit admittendus in teſtem nec in accuſatorē:idem Barb.li.iiij. conſi. xxxij.omnia. col.ij. Eſt bene verū ꝙ lꝫ ꝯcordium poſſit ſuaderi:non tū poteſt impari:nec quis cogi pōt ad tranſigendū

**Nemo cogitur concordare.**

regulariter. Iaſ.in aut.ſi vero ꝯtingerit.colū.fin.C.de iudi. Lāfr.in trac.de arbitris.q.xlv.Cacialupus in trac.de trāſa. q.xx.Feli.in.c.que in eccleſiaꝝ.colū.xiiij.de conſti.latius in rubri.de treug.⁊ pa.Iaſ.in.l.ſi ꝯuenerit.col.ij.ff.de re iud. in.l.qdā extimauerunt.ij.col.in vlti.no.ff.ſi cer.peta.⁊ ibi dicunt Feli.in dcā rubri.ad fi.⁊ Lāfran.ꝙ nō ſolum ꝑtes non poſſunt cogi:īmo ſi iudex videt alterā partem litigātiū fouere iuſtitiā non modo cogendo ſed perſuadendo facere compromiſſum:facit contra ꝯſciam ſi ꝓpterea pars fouens iuſtitiam aliquid relaxet de ſuo:quod tū limitat ibi Feli.niſi alia pars relaxet ſibi ſcienter:qꝛ videt donare:vel ſm Cacialup. niſi forte videat expedire parti iuſtitiam fouēti ex aliqua cā: puta qꝛ lis poſſit multū protellari per appellationes:nā poſſet tunc perſuadere actori:⁊ etiā reo ꝙ velint potius trāſigere ꝗ̄ diu ſic litigare:vel qñ eſſet vnus pauper qui litigaret cū vno diuite:nam lꝫ foueat iuſtitiā non poterit eā conſeq ꝯtra illum potentē:nam ꝯ maiorem nemo preſumat honorē. glo. ij.in.l.quia etiā.ff.de al.iu.mut.cā fac. Tunc em̄ iudex ꝑtes concordando ſi aliquid detrahat de iure illius paupis non

**Quō poſſit qs cogi ad cōcordiā ēt remittendo de ſuo.**

peccat ſm Corſe.in trac.de pot.regia.in.xxiij. priuilegio pacis. Roch.in.c.nouit.viij.no.de iudi.plures alias fallētias ⁊ caſus in qbus quis poſſit cogi facere cōpromiſſum ſeu concordare ponūt Iaſo.in.d.l.qdam extimauerunt.Feli.in .d. rubr.⁊ Cacialup.in.d.q.xx.vbi in fi.dicit ꝙ inter alia ꝑicula aduocatoꝝ illud eſt ꝑmum qñ ſcit partem ſuā fouere iniuſtitiam:⁊ illā inducit ad tranſactionē:⁊ ſic ꝯſulit ꝙ alienum capiat:⁊ allegat btm̄ Thomā dicere ꝙ ſi in progreſſu litis videt cām clientuli ſui iniuſtam:dꝫ eum inducere ad cedenduꝫ vel ad componēdum ſine damno aduerſarij. In talibꝰ ergo iudex ſemper dꝫ aduertere ⁊ inſequi mētem diſponentis. Soci.in.l.in ambiguo.ff.de reb.dub.Iaſ.in .l. iuriſgētiū.§. pretor ait.col.ij.ff.de pac.Ange.cōſi.cclxxj. viſis ⁊ examinatis.col.fi.Barb.li.j.conſi.xiij.clemētiſſimi.col. ij. etiaꝫ vba impropriando:vt Barb.ꝯſi.lxj.col.ij.incip.ſcribitur.li.j. et lib.ij.conſi.x.ſapienter.col.vj.nam ſicut aīa regit corpus:ita mens regit diſpoſitionē.Curtius conſi.xliiij.ſtatuto.col.vj. Calcaneus conſi.j.col.xvij.⁊ ibi col.xv.dicit ꝙ ratio ⁊ mens idem ſunt.l.cū mulier.ff.ſolu.ma.prout Barb.in.d.conſi.x. vnde in legibus ⁊ ſtatutis debemus attēdere rōnem ⁊ mētē: vt per eū.⁊ Barb.li.iiij.conſi.lxxxj.preclare.col.peñ.dixi in meis clauſulis gñalibus inſtrorum in verbo ⁊ heredes. vbi late de rōne legis.Et hoc etiā procedit diuinis ſcripturis. Roch.in trac.de ꝯſuetudine.char.x.col.ij. Et non ſoluꝫ ex coniecturis elicitis ex diſpōne:ſed extra diſpōnē.Ang. in.l. hoc iure.ff.de euic.Bal.in.l.voluntatis.C.de fideicō.quas tū ſm aliquos oporteret probari per ſeptē teſtes ſi ſint ī materia teſtamēti.Bar.in.l.cū proponebatur.ff. de leg.ij.Alexan.in rub.ff.de acqui.poſ.Et non ſolū attendit expreſſa ſed etiā preſumpta:vꝫ illa de qua veriſilr ſtatuētes ſeu diſponentes interrogati rñdiſſent.glo.in.l.tale pactum.ff.de pac.vbi Iaſ.dicit hoc procedere in legibus:ſtatutis:ꝯuētionibus et

**Mēs veriſimilis.**

reſcriptis:vt illud hēatur pro diſpoſito:qd veriſilr fuiſſet ſtatutum ſi de hoc fuiſſet interrogatus.Idē formalr Curtius cōſi.xliiij.ſtatuto.col.v.Iaſ.in.l.cuꝫ res.per illū tex. col.iij. ff.de leg.j.tex.melior de iure ſm Clau.ibi in.l.mulier.in ꝑn. ff.ad treb.qui de hoc remiſſiones allegat in.l. ex fcō. col.ij. ante fi.ff.de vulg.⁊ pupil.Ange.in maleficijs glo.fecit iſultum.iiij.col.Campezius de dote vlt.ꝑte.q.xxiiij.Deciꝰ ꝯſi. lxxxix.col.v.in.c.ſugeſtū.col.ij.de appel.Hipol.in.l. ſi quis viduā.col.iij.ff.de queſti.Et lꝫ Iaſ.in.d.l.tale pactuꝫ.ad fi. impugnet vnā limitationem.d.Anto.de bu.ad hoc dcm̄:tū ego vidi vnū conſiliū eius vbi in char.fi.illam ſeqtur.Aliter limitat Lancel.in.l.gallus.col.pe.ff.de li.⁊ poſth.vt ꝓcedat qñ talis caſus erat in ꝑtāte diſponētis,als.Uñ lꝫ ſolus deus ſit ſcrutator.xxxij.diſti.c. erubeſcant:qꝛ nec demon pōt ſcire cogitationes hoīum. Panor.in.c.nouit.j.nota.de iudi.vbi Decius.pōt tamen mens ⁊ intētio alicuius eſſe nota prudētibus per indicia ⁊ ꝯiecturas ſicut vultus reſpiciētiū reſplendet in aquis.Ange.in.l.inter ſtipulantē.§.j.col.iij.ff.de ver. obli.ad quē locū ſe remittit ipſe in.l. ab executione.ad fi.ꝑn. ff.de appel.Idem Ange.conſi.xxxix.viſis inſpectis. col.iij.

circa medium

UVA. BHSC. IyR_277_2

Verba ⁊ facta ɗclarãt mentem. circa medium.⁊.cccxiiij.viſo ɗcõ teſtõ.ante fi.Que mẽs non
ſolum declaratur ex verbis:vt Barba.li.iiij.ꝯſi. lxxxvj.ma
gnus.colũ.ij.⁊.lxxxij.ad fi.in eodẽ:ſed ẽt ex factis:imo facta
ſunt qñq; fortiora ad declarandũ mentẽ q̃ ṽba que ſepe ꝓfe
runtur ꝯ intentionẽ ꝓferẽtis.Iaſ.per illũ text.in.l.de q̄bus.
col.ix.ver.q̃rto nota.ff.de legi.Sozi.ꝯſi.cxcij.capio difficul
tatẽ.col.iij.Lãcel.in.l.cũ filio.col.ix.in fi.ff.de leg.j.Et pro
pterea dicimus ꝙ volũtas teſtõris in vltimis voluntatibus
ſemꝑ eſt inſpicienda.l.in ꝯditionibus primũ locũ.ff.de ꝯdi.⁊
demõ.l.iij.vbi Iaſ.aggregauit cõcor.C.de lib.ꝓte. Deci⁹
cõſi.xv.⁊.lxxx.col.iij.lxxxix.col.ij.⁊ in.c.in pñtia. col.xxxiiij.
de ꝓba.vbi dicit hoc ꝓcedere etiã ſi faciat ꝯ religionẽ.Ang.
conſi.ccxciiij.qm̃ vbi in primis ṽbis hoc dicit ꝓcedere etiã ſi
verba repugnarent ⁊ dicit Iaſ.in.l. ſi res obligata.j.no.ff.ɗ
leg.j.ꝙ oĩs regula ꝯria fallit in hoc:q2 in vltimis voluntati
bus preter.l.nemo põt.de leg.j.volũtas teſtatoris tãq; regi
na eſt illa que dñatur ⁊ attenditur:⁊ ſola mens teſtõris attẽ
di dꝫ ẽt ꝙ ſit tacita ⁊ ex coniecturis colligatur.l.pen.ff.de le
ga.j.l.cũ proponeret.in fi.ff.de leg.ij.cũ ſi,vt Decius conſi.
cxxij.col.ij.Panoꝛ.ꝯſi.lxxviij.pũct⁹.in.j.col.lib.ij.Bolog.
ꝯſi.xliij.colũ.vij.pulchre Ang.cõſi. ccxciiij.incip.qm̃.in pn.
Alex.li.iiij.conſi.lij.col.j.⁊.ij.Et dicit Clau.in.l. gallus.in
prin.ff.de lib.⁊ poſthu.colũ.ij.ꝙ verba ĩpropriant ad hoc vt
mens defuncti ſeruet in forma ſpecifica.l.ꝓculus.ff.de vſuf.
⁊ dicit hoc eſſe ſingulare:pro quo Curtius cõſi.lxxv.dñs Lu
douicus col.v.⁊.lj.ſuper col.j.Et dicit Areti.in.l. verbis ci
uilibus.iij.no.ff.de vul.⁊ pup.per illũ tex.ꝙ dꝫ ſeruari volũ
tas defuncti:ẽt ſi diſpõ redderet inutilis:⁊ dicit ſemꝑ menti
tenendũ.Et poſt multa alia dicit Bal.nouellus in tracta. ɗ
dote.in prin.v.partis ꝙ veniens ꝯ voluntatẽ teſtõris dr̃ iu
ra pietatis violare:etiã ſi hmõi volũtas tẽdat ꝯ fauorẽ liber
tatis.l.ꝯ volũtatẽ.C.de teſta.manu.Et dicit Igneus in ſua
ſubtili repet.aut.ex cã.C.de lib.ꝓte.col.xxij. ꝙ volũtas te
ſtatoris dꝫ ĩpleri ĩ forma ſpecifica:ꝓſertim vbi lex nõ ĩuenit
reſiſtere tali volũtati lꝫ nõ aſſiſtat.Et ibidẽ col.xxxiij.ꝙ opi
nio teſtãtis ꝓfert ſignificatõi termĩoꝝ.l.ſeruo manumiſſo.cũ
gl.ff.de ꝯd.ind.facit Iaſ.in.l.quotiẽs.in ſtipl'onibus.v.col.
ff.de ver.ob.Calcaneus conſi.lxviij.magr̃ toninus.colũ.iij.
¶ Item mens contrahentiũ ſemꝑ eſt inſpiciẽda.l.fi.C. que
res pig.obli.poſ.Sozi.ꝯſi.xliiij.in pñti.col.iiij. ⁊ cõſi.ccxiij.
in pñti.col.fi.Decius conſi.xlviij.col.fi.⁊.lxiij.colũ.pen.cxc.
col.ij.Iaſ.in.l.iij.C.de li.ꝓte.ver.Et adde ꝙ regula Pau.
de ca.li.j.ꝯſi.cxlviij.viſo ⁊ examinato.col.j.vbi ẽt ponit qũo
cognoſcit talis mens ꝯhentium.facit Corneus li.iij.ꝯſi. xij.
in pñti.in fi.col.ij.Alex.in.l.ſi tibi.ff.ſi cer.pet.Panoꝛ. i.c.
paſtoralis.de decim.in fi.Calcaneus cõſi.xiij. viſo iſtr̃o.col.
viij.vbi dicit ꝙ ad mẽtẽ ꝯhentiũ ⁊ non ad ṽba inſpicere de
bemus prout ⁊ fit in legib⁹:qe aũt ſint de mẽte ꝯctus dixi in
meis cl'is gñalibus in ver.ꝯtenta.Intellige ſemꝑ p̃dicta pro
cedere qñ diſponens ꝓceſſiſſet ad diſpõnem:al's em̃ nõ ſuffi
ceret ita voluiſſe niſi diſpoſuiſſet:ita Iaſo.in.d.l.iij.C.de li.
ꝓte.in.j.fallẽ.in.l.qcquid aſtringende.col.iij.ver. adde.in
j.mẽbro.ff.de ṽ.ob.in.l.ſi res obligata.col.v.ver.circa ſecũ
dam partẽ.ff.de ver.ob.Pich.in rep.§.titia.col.lvij.Roy
nus in.l.gallus.§.⁊ quid ſi tm̃.col.xviij.poſt med. vbi Mõ
fer.in fi.col.xiiij.de li.⁊ poſthu.Sozi.in.l. in ambiguo.ff.de
reb.dub.vbi facit.x.ꝯcluſiones circa hoc. q̃q; Igneus in di
cta auct.ex cauſa col.lxxxv.dicat ꝙ vbi expreſſa moriẽtis vo
lũtas apparet lꝫ non ſit teſtatus:tñ ſeruatur illa voluntas ex
quadã eq̄tate legis per.§.q̃obrem.in auf.de nup.l. ab inte
ſtato.ff.ɗ iu.codicil.ꝑ rõnez.l.q̃dã.ff.de acq.her.Et q2 Iaſ.i
d.l.iij.C.de lib.ꝓte.ponit quattuoꝛ fallẽ.adde aliã quã ipſe
ponit in.d.l.ſi res obligata.j.no.vt non ꝓcedat qñ talis di
In iudicio cui faueñ. ſpoſitio eſſet ꝯ legem.¶ Itẽ in dubio in princi.cauſe ⁊ ſic in
hijs que reſpiciunt ordinationeꝫ litis magis fauet actori q̃
reo in medio cauſe.⁊ ſic circa ꝓceſſum ⁊ ꝓbationes parit fa
uetur vtriq;.In deciſiõe:⁊ ſic in fine cauſe plus fauem⁹ reo.
Bar.Iaſ.⁊ alij in.l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de verb.obli.fuit
doctrina Azo.quam late examinant moder.in.l.de die.vbi
In dubio ſtañ.regl'e. Iaſ.colũ.ij.⁊.iij.ff.qui ſatiſd.cog.¶ Itẽ in dubio adhereñ.
eſt regule ⁊ pro ea eſſet pronũciandũ.l.ab ea parte.ff.de pro
batio.⁊ ei tenaciter inherendũ eſt .Bar.in.l.ſi tutoꝛ.in fi.C.
de ſer.pig.da.man.cũ ſi.vt Iaſ.in.l.cetera.iij.not. de leg.j.
⁊ in.l.ex quacũq;.in fi.vj.col.ff.ſi quis in ius voc.non ie.⁊ in
l.fi.col.v.C.de edil.edi. diui adri.tol.⁊ in.l.qui ſe p̃ris.in fi.
col.xv.C.vnde lib.⁊ in.l.ab antiquis.col.iij.C. de teſta.De

cius in.c.tranſlato.iiij.not.de cõſtitu.⁊ in.ij.lect.⁊ in.c.cum
adeo.in fi.iij.not.de reſcrip.⁊ in.c.ſicut.col.ij.⁊ in.c. in p̃ſen
tia.colũ.ix.de proba.⁊ in.c.ad nr̃am.in fi.⁊ in.c.ꝯſuluit.el.j.
de app.⁊ cõſi.cxlij.col.iij.⁊ dic̃ Curti⁹ iunioꝛ ꝯſi.vij.col.vij.
ꝙ in dubio tenẽdus eſt intellectus per quẽ minus ledũtur re
gule iuris cõis.Et dicit Sali.quẽ refert Cacialupus in tra
ctatu de modo ſtudendi.col.xj.ꝙ debemus ſtare regulis et
non ponere caput ad caſus ſingulares ⁊ ꝑegrinos:q2 eſt do
ctrina periculoſa.¶ Itẽ in dubio amplectenda eſt opinio ꝑ In dubio
quam redimus ad ius antiqus.Quotiens tractamus de re redeũdũ eſt
deundo ad ius primeuũ ſiue cõe etiã ſi ſumus in materia cor ad ius anti
rectoria ſemper dr̃ fauorabilis ⁊ extẽdenda.gl.not.in.c.ſta quius.
tutum.in verbo numerandũ.de p̃bẽ.li. vj.quã ad hoc repu
tat notabilem.do.Alex.in.l.ſi conſtante.in prin.in.iij. colũ.
ff.ſolu.mat.quã ꝑ plura cõprobat Iaſ.in.l.nemo põt.ij. lectu
ra.col.viij.de leg.j.in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.col.iij.
ff.de pac.⁊ in.l.oĩum.in pri.iiij.col.C.de teſta.in.l.ꝓperañ.
in prin.in col.peñ.C.de iudi.Mõfer.in dcã.l.nemo põt.col.
x.Sozi.conſi.vlti.ij.vol.ad fi.Brunus de ſtãtutis. vij. arti.
q.ij.Feli.in.c.cũ omnes.col.iij.in.c. cũ acceſſiſſent. colũ.iij.
de cõſtitu.in.c.veniens.col.iij.de preſcrip.in q̄bus oĩbus lo
cis inter cetera dicunt per illã gloſ.ꝙ ſi populus fecit aliqua
ſtatuta ꝯtra ius cõe que poſtea fecit ꝯfirmari a p̃ncipe ſi idẽ
populus voluerit poſtea tale ſtatutuꝫ deſtruere poterit hoc
facere ſine licentia principis.Hinc eſt ꝙ Curtius iunioꝛ ꝯſil.
ij.in fi.per illã glo.dicit ꝙ in diuerſis cõſuetudinibus ſtam⁹
illi pro qua eſt ius cõe. Hinc eſt ꝙ ſtantibus paribus ꝓbatio
nibus ſtamus illi que ꝯcordat cum iure cõi.Bal.in auf.oẽs
peregrini.C.com.de ſucceſ.cũ ſi.vt tradit Frã.de curte ĩ tra
ctatu teſtiũ ꝯcluſi.ix.⁊ ꝯſi.xxiiij.col.ij.Decius in.c.cũ in pre
ſentia.col.xxviij.de ꝓba.Corſe.ſingu.ccclviij. incipi.ſtatur.
Hinc dicit Egidius bellamera deciſ.cccccvij.concluſio ꝙ in
caſu ꝙ ſi ius cõe cõcedit aliquid ſp̃aliter in aliq̄bus caſibus ſi
obtineatur poſtea aliq̄d priuilegiũ reducẽs nos ad ius regu
lare dr̃ fauorabile:idem tꝫ Aret.in.c.fi.in fi.co.antep.de re
ſcrip.Et dicit Hiero.zanetinus in diſputa.ĩcip. in ſacro.co
lũ.cviij.ꝙ vbi poſſumus aliq̄d interpretari ſm ius cõe ⁊ ſm
ius ſpeciale ſemper debemus interp̃tari ſm ius cõe.Et dicit
Decius.ꝯſi.cxiiij.col.iiij.ꝙ ſcm̃ ſuperioris dꝫ ſemꝑ ĩtelligi
ſm ius cõe quãtum fieri põt.Et ꝯſi.cxviij. col. dicit ꝙ pa
ctuꝫ ꝯſonans iuri cõi nũq; põt dici ſimoniacũ.Et dicit Cur
tius iunioꝛ ꝯſi.v.col.xvij.⁊ ꝯſi.ix.col.fi.⁊ cõſi.ſeq.col.iiij.⁊ i
l.qui ſe p̃ris.char.xx.parua.C.vñ liberi ꝙ ſtatuta excluden
tia feminas a ſucceſſione ꝓpter maſculos:q2 reducũt nos ad
ius primeuũ.xij.tabularũ ſunt fauorabilia.Et dicit idẽ Cur
tius ꝯſi.vj.col.xj.poſt Philip.corneũ per euꝫ relatũ ꝙ.l.fi.
C.de ĩdi.vid.tol.que corrigit.l.miſcell'iã.eſt fauorabilis ⁊ ex
tẽdenda:lꝫ ſit correctoria ex quo reducit nos ad ius ꝑmeuuꝫ
quo ẽt reiciebatur ꝯditio viduitatis.Et dicit Io.de Mõte
ferrato in rubꝛ.de reſcrip.li.vj.col peñ.ꝙ ſicut oĩs receſſus
a iure cõi eſt odioſus:ita oĩs redditus ad ius cõe eſt fauora
bilis.Et dicit do.Fabianus de monte ſcti Sauini in tracta.
de emp.⁊ vend.in.iij.q.vij.q̄õnis ꝑncipalis. ꝙ iõ ꝑuilegia ꝯ
ius facilius tolluntur:q2 vnaq̄q; res de facili redit ad ius cõe
q̄d vocatur natura:⁊ ibidem in fine ſubdit ꝙ ꝓpterea tenen
da eſt opinio illa ꝙ nõ p̃ſcribat pacto ꝙ q̄s poſſit perpetuo
recatare rem venditã:q2 res facilius reuertit ad priorẽ dñm:
ideo interp̃tatione iuuandũ.Et dicit Igneus in auf.ex cau
ſa.col.xxj.in fi.ꝙ voluntas teſtõris potius dꝫ ĩterpretari ſm
ius cõe q̃ ſm ꝯſuetudinẽ.Et dicit Rochus de curte in.d.c.
cũ acceſſiſſent.de ꝯſti.char.x.ꝙ talis materia bene eſt fauo
rabilis niſi q̄s priuaret iure ſuo. Et dicit Rom.ꝯſi.cccxviij.
incipiẽ.querit etiã.ꝙ verba noue ꝯſtõnis per quã reditur ad
ius cõe primeuum ſunt latiſſime intelligẽda.Et dicit Corñ.
lib.ij.cõſi.xiiij.ad huius.col.ij.ꝙ ſtatutũ derogãs iuri cõmu
ni reducẽs ad ius antiquũ dr̃ fauorabile ⁊ extẽdeñ.Et dicit
Sozi.cõſi.iiij.in bononiẽſibus.col.v.⁊ ſeq.incipi. ſuꝑ q̄õne.
ꝙ exẽptus põt ſe ſubmittere ordinario ſine lnĩa:q2 res de fa
cili reuertitur ad naturã ſuam:⁊ ideo Caſtruꝫ q̄d ab antiquo
non erat de demaino lꝫ poſtea ſcm̃ de demaino põt alienari:
q2 de facili rediſt ad naturam ſuã.Et dicit Cacialupus in re
pe.l.oẽs populi.col.lj.ꝙ ſtatutũ diſponens ꝙ idẽ ius redda
tur clericis in foro ſeculari ꝙ redditur laicis in foro eccleſia
ſtico:vꝫ quia reducit clericos ad ius cõe. ¶ In dubio ẽt iu Pro pupil
dicañ.pro pupillo:vidua:paupere:vel infirmo. Iſti em̃ tales lo:vidua:⁊
ſunt miſerabiles perſone:vt dicit Alber.in ſuo dictionario paupere.
in ver.miſerabilis.

UVA. BHSC. IyR_277_2

in ver. miſerabilis. Barba. Feli. poſt Canoniſtas in. c. ſigni
**Miſabiles perſone.**
ficātibus. de of. deleg. Bar. ⁊ alij in. l. j. C. qñ imp. īter pup. ⁊
vid. Et demū dicūtur miſerabiles oēs perſone ad quar̄ com
miſerationē natura nos inclinat ſm Alber. vbi. ſ. ⁊ Jo. lup.
in tractatu de don. inter vir. ⁊ vxo. char. lxvj. col. iij. eſt in re
pet. c. per vr̄as. vbi dicit ꝙ q̄ntum ad hoc dr̄ vidua illa q̄ ca-
ret marito: lʒ nūq̄ꝫ fuerit nupta: vel que hʒ maritum inutilē
puta bānitum vel abſentē vel dānatum ad ꝑpetuū carcerē. l.
fi. C. ad leg. fla. de plagia. vbi glo. ⁊ Bal. Alex. iiij. vol. cōſi.
cxxvj. incipi. in hac heſitatione: ⁊ intelligere debemus de vi
dua honeſte viuente. Feli. in. d. c. ſignificātibus. q: ad iſtam
miſericordiam que eſt inſtinctus nature ſm Fabia. in auc. no
uiſſima. C. de inof. teſt. ij. q. moueri poſſumus pluribꝰ de cau
ſis. Ideo lex remittit in arbitrio iudicis que dicat̄ pſona mi-
ſerabilis: vt per oēs doc. in dictis locis. Jaſ. in. l. titie texto-
res. col. iiij. ff. de leg. j. q refert Alex. cōſil. cxxj. li. j. ad fi. dicē
ꝙ vidua ſeu pupillus nō dicerentur miſerabiles niſi ↄcurrat
etiā paupertas: ⁊ fuit originale dcm̄ Spe. in ti. de inſtr. edit.
§. nunc aliqua. verſi. lxiij. Sed illud dcm̄ reſoluit Deciꝰ in. c.
**Regina eſt miſerabilis**
ceterum. col. x. de iudi. ver. an autē ſi agatur dicens ꝙ etiaʒ
vna Regina īſpecta qualitate eius perſone pōt dici miſera-
bilis. arg. l. ſed ſi ſuſceperit. cū glo. in ver. modica. ff. de iudi.
lʒ do. Roch. ibidē pro Alex. alleget Panor. in. c. ex pte. b.
col. peñ. de per gñalitatem illius tex. ⁊. c. ex te
nore. de foro cōpe. Illud dcm̄ Alexan. ⁊ Spec. ſcdo reſoluit
Bulga. in. l. j. ff. ſol. ma. col. vij. ver. tertius caſus. poſt Bal.
nouellū in tractatu dotiū. ix. parte. in. xvj. ſpāli dicēs ꝙ opi.
Specu. ꝓcedit q̄ntum ad effectū: de quo ibi ſcʒ an relictū eis
factum dicatur relictū ad pias cās. Sed q̄ntum ad effectū cō-
petentie iudicis oīs vidua diceret̄ īdiſtincte miſerabilis. Ad
rubricam quā ponderat Alex. C. qñ imp. inter pup. ⁊ vid. re-
ſpondet Parpalia in. l. j. C. de ſacroſan. ꝙ ibi ſubijcit̄ vbuʒ:
alr̄s qđ non obſtante diſiunctiua importat ſīlitudinē ⁊ eq̄para
tionem. Feli. in. c. ſedes. col. fi. de reſcrip. vnde ſequeret̄ ꝙ il
la rubrica nō loqueret̄ niſi in diuitibus ꝓpter diſiūctiuā vel.
Et ſic oporteret incurrere in alterū de duobus incōuenien-
tibus: nā ſi tenemus ꝙ in prin°. illa rubrica loquat̄ de nō mi-
ſerabilibus ꝓpter diſiūctam. ſeq̄tur ↄ̄ Alex. ⁊ Specu. ꝙ etiā
diuites gaudebunt illo priuilegio: q: ibi tex. eq̄parat. Si vō
tenemus ꝙ loquatur de paupibus oportet ↄcludere ꝙ ſiue
diuites ſiue pauperes ſemper ſunt miſerabiles: ⁊ ꝓpterea di
cit Parpal. melius eē tenere ꝙ relinquat̄ arbitrio iudicis.
**Priuilegium miſerabilium perſonarum.**
Et illud priuilegiū illius ti. C. qñ imp. īter pup. ⁊ vid. qđ ha-
bet vt nō poſſint cogi litigar̄ extra ꝓuinciā. Item ⁊ vt poſ-
ſint qñcūq̄ꝫ petere ſe remitti coram ſupremo pricipe obmiſſo
medio. In tantū ꝓcedit ꝙ non pōt illi renūciari ſm glo. in. d.
l. j. in ver. excedere. quā ibidem ſingu. reputat Bolog. poſt
alios ibidem: ⁊ in. l. peñ. C. de pac. Rom. cōſil. cclxix. incipi.
non eſt dubiū. Feli. in. c. ſi diligenti. de fo. cōpe. in. iiij. fallē.
in. iij. correlario. Et ꝓpterea do. meus Thomas parpalia ī
d. l. peñ. dicebat ſe vidiſſe in cā cuiuſdam vidue que corā or-
**Etiā lite pēdēte poteſt ire ad principem.**
dinario iā erat appūctuata ad ius: ⁊ que petijt ſe remitti co-
ram principe ꝙ ipſa ibi remiſſa fuit: q: per ↄſenſum preſtituʒ
in litigando corā ordinario nō potuit renūciare ꝓuilegio di-
cte. l. j. Tales em̄ miſerabiles perſone ſunt ēt ſub ꝓtectione
**Sūt ſub ꝓtectiōe ecclīe**
iudicis eccleſiaſtici: taliter ꝙ ipſe de eis lʒ eſſent pſone laice
poſſet cognoſcere. Barb. Feli. ⁊ alij in. d. ca. ſignificātibus.
pulchre Imol. in. c. nouit. de iudi. col. viij. Et ſi ius ciuile cō
tradicat iuri canonico ſtabimus iuri canonico. Feli. in. d. ca.
ſignificātibus. in. c. eccleſia ſctē Marie. de cōſti. col. xv. Ale
xan. in apoſtil. ad Bar. in. l. ꝓuilegia. C. de ſacroſan. eccle. in
defenſorio montis: ꝓ Buſtū. char. xlv. col. iij. Et ꝙ iſtis pau
peribus ⁊ miſerabilibus ſit fauendū: ⁊ in dubio pro eis ꝓnū-
ciandū: tenet Mateſil. in. d. tracta. de elec. verior opi. Jaſo.
in. l. inter pares. ff. de re iud. col. j. vbi dicit ēt ꝙ in oībus caſi
bus in q̄bus ius vult alicui fauere in iudicādo. pari mō Idē
fauor dʒ preſtari in ꝓbatiōibus: idem Jaſ. in. l. de die. ad fin.
**Benignior via.**
prin. ff. q ſat. cog. ¶ Idē in dubio iudex dʒ amplecti viā be-
nigniorem. l. benignius. ff. de legi. c. fi. de re iud. ⁊ benignior
dr̄ illa que fauet doti: mr̄imonio: teſtō: miſerabilibus perſo-
nis: ⁊ alijs de q̄bus. j. Jaſ. in. l. inter pares. j. no. ff. de re iudi.
**Funeraria ⁊ primipillaris.**
vbi limitat niſi eſſet euidens nullitas ſeu iniq̄tas. ¶ Itē pro
cā funeraria ſeu primipillarij. Jaſ. in. l. j. col. ij. ff. ſolu. matri.
¶ Item pro illo qui eſt in poſſeſſione. Jaſ. vbi ſupra proxi.
**Euitatur peccatum.**
¶ Item pro ea opi. qua euitatur peccatū: ⁊ ſic que fauet aīe
c. ad audi. de homic. c. iuuenis. de ſponſa. ex quo infertur ꝙ

in dubio debemus tenere opi. que facit ſeruare iuramētum.
Anto. baueria in tractatu de virtute iuramēti. col. fi. ver. itē
hoc precipuū. Barba. in tracta. de cardinal. vij. q. col. fi. Fer
raʒ. cautel. xvij. incipi. magna. in fi. ij. col. Alex. li. iiij. cōſilio
xlix. incipi. paucis. in fi. ⁊ ꝓpterea dicebat Gemi. ↄſi. cxij. in
fi. ꝙ in dubio iudicandus eſt ↄ̄ctus vſurarius. ſed ↄ̄triuʒ vult
Sozi. in. l. rogaſti. in fi. pricipij. ff. ſi cer. peta. Burgos in. c.
ad nr̄am. de emp. ⁊ vend. col. j. facit q: in dubio q̄ntū ad forū
iuditialem iudicamꝰ potius ꝙ q̄s non ſit excōicatus. Deciꝰ
in. c. preterea. col. fi. de appel. ¶ Itē in dubio ꝙ actus potiꝰ
**Ꝙ actus valeat nō pereat.**
valeat q̄ꝫ pereat. l. quotiens. ⁊. l. vbi verbor̄. ⁊ vtrobiq̄ꝫ. So-
zi. ff. de reb. dub. Hipol. in. l. j. §. ſi ſeruus. iij. col. ff. đ queſti.
Decius cōſi. cxl. col. ij. Jaſ. in. l. verbis ciuilibus. ij. col. ff. de
vulg. ⁊ pupil. in. l. j. j. not. ff. de eo ꝙ cer. loc. latius in. l. quo-
tiens in ſtipulationibus. ff. de ver. obli. vbi ꝙ in dubio tenē-
da eſt opi. que fauet ſubſtātie actus. ¶ Itē in dubio ꝙ ↄ̄ctꝰ
ſit potius cenſualis q̄ꝫ emphiteoticus. Jaſ. in auc. qui rē. C.
de ſacro ſan. eccl. in tracta. de iure emphiteot. col. lxxix. ver.
viij. Moder. in apoſtil. Panor. in. c. ↄſtitutus. col. fi. de reli
gio. domi. Hipol. no. xcv. incip. ↄ̄ctus. vide tñ Sozi. conſil.
clxvij. col. ij. ⁊. iij. ¶ Itē in dubio dʒ ītelligi vt minus liget
q̄ꝫ magis. Natta in cle. ſepe. §. fi. col. iiij. ff. de verbo. ſignific.
¶ Itē in dubio donatiōem non eſſe reuocataʒ. Sozi. in. l. ſi
inter virum̄. ff. de reb. dub. ¶ Itē cōpromiſſum non eſſe fien
**Cōpromiſſum.**
dum. Sozi. cōſi. ccc. Item ꝙ actus principis potius adaptet̄
ad iure fcm̄ q̄ꝫ ad non iure. Feli. in. c. ex litteris. col. ix. de cō-
ſti. Itē ꝙ quis excuſet̄ a muneribus. Ange. inſti. de excu. tu.
in prin. in col. penul. Iteʒ pro religione ⁊ pro eccleſia. l. ſunt
perſone. ff. de relig. ⁊ ſump. fun. Itē pro reo. Decius in. c. ex
lr̄is. col. iij. de proba. Jaſ. in. l. de die. ad fi. princ. vbi limitat
quattuor modis. ff. q ſatiſ. cog. Mateſil. vbi. ſ. Itē ↄ̄ illum q
probat. Decius in. c. in pñtia. de ꝓba. col. xj. dicens hoc ꝓce
dere etiā ſi materia ſit fauorabilis. ¶ Itē in dubio pro hr̄de
**Pro hr̄de**
contra legatariū. l. vnum ex familia. §. ſi rem. de lega. ij. Lā-
cel. in. l. talis ſcriptura. iiij. col. de leg. j. Pau. de ca. ⁊ Soz.
in. l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. ¶ Itē in dubio iudicamus id qđ
eſt vtilius filio in materia filiationis. Decius in. c. per tuas.
colū. ij. de proba. ¶ Itē iudicamus in dubio ſubſtōnem eſſe
prout erit vtilior filijs. Sozi. in. l. j. col. lx. ff. de vulg. ⁊ pupil.
¶ Itē in dubio iudicamꝰ ꝙ ſubſtitutio potius ſit directa q̄ꝫ
fideicōmiſſaria. Sozi. in. l. centurio. col. xij. ff. de vulg. ⁊ pu-
pil. ¶ Iteʒ in dubio iudicamus ꝙ diſpoſitio ſit potius mo-
dalis q̄ꝫ ↄditionalis. Alex. li. j. cōſi. cij. incip. viſis. colum. ij.
¶ Item in dubio ꝙ verbū ſtet ſpāliter non regulr̄. Bar. in
l. hoc. legatum. ff. de leg. j. ¶ Itē in dubio verba ſtatuti ad-
aptant̄ ad frequētius ↄtingētia. Bolog. conſi. xlj. colum. ij.
¶ Itē in dubio tenere debemus opi. per quā fratres redu-
cuntur ad equalitatē. Sozi. in repe. l. cū auus. col. xx. dixi in
meis clr̄is gñalibus. in ver. ⁊ hr̄des. ¶ In dubio appellatio
**In dubio appellatio admittit̄.**
dʒ admitti. Jaſ. in. l. j. col. iij. in. vj. not. ff. ſi q̄s cauti. Decius
conſi. xxviij. col. ij. ⁊ fi. in. c. ſuper eo. iij. colū. de appel. vbi ēt
dicit ꝙ in iudicio debemus dicere appellationē nō eſſe de-
ſertam: q: ſm eū in dubio Judex dʒ eligere viā per quā vtri
q̄ꝫ parti ↄſulitur: qđ limitat Decius ibi niſi eſſemus in mate
ria in qua regulr̄ appellatio non admittitur: nā in dubio de-
bemus ſtare regule: vt late dixi paulo ſupra. ¶ Itē in dubio
oīa interrogatoria dn̄t admitti. Imol. ⁊ Panor. in cap. per
tuas. de teſti. Idem de poſitionibus ⁊ capitulis. Curtius de
**Cōtra fiſcū.**
poſitio. in. ix. breuiloquio. Jaſon in auc. ad hec. C. de iudi.
¶. Itē in dubio contra fiſcū. l. non puto. ff. de iur. fiſ. Intelli
ge tñ ſemper qñ fiſcus tractaret de lucro captando: ⁊ ꝓuatus
de dāno euitando: puta q: fiſcus ageret de pena ſibi acq̄ren-
da: ſecus ſi veniret ex ↄ̄ctu: vel ſucceſſiſſet alicui ꝓuato: quia
tunc in dubio faueremus fiſco: vt eſt de mente Bolog. ibi in
ſuis nouis interpretatiōibus. in. j. parte. ⁊ Cuma. in. l. j. ff. ſo-
lu. matri. vbi Alexā. refert: ⁊ Ange. de aret. quem ſeq̄t̄ Jaſ.
in. l. de die. ad fi. prin. ff. qui ſatiſd. cog. Feli. in. c. paſtoralis.
col. v. de reſcrip. Roch. de cur. in rubri. extra de iudi. char.
fi. vbi Decius in. ij. lect. ad fi. intelligit eam ꝓcedere qñ agit̄
de priuilegio fiſci cōtra priuatū: q: in dubio cōtra fiſcū ne fiat
multiplicatio priuilegior̄: prout etiā ipſe dixit in. c. iij. colū.
iij. de proba. Hipol. in repetitione rubrice. C. de proba. col.
lxxix. ver°. teneas tñ menti. Eſt verū ꝙ ītellectus illius. l. nō
puto: multū trutinatur per moder. in. d. l. j. ſol. mat. vbi So-
zi. col. ij. ⁊ Bulgar. col. iiij. ⁊ Curtius in. l. j. C. de edendo. te
nebat opi. Bulgar. ꝙ ille tex. non ꝓbaret hanc regulaʒ: ſed
ſolum ibi

UVA. BHSC. IyR_277_2

ſolum ibi dicatur ꝙ iudex non errat ſi pronūciat contra fiſcū
quaſi velit ꝙ fiſcus nō ſit priuilegiatus ꝙ pro eo in dubio de
beat iudicari:ſed relinquat in diſpoſitione iuris cōmunis:et
ſm eū ſi hec regula eſſet vera deſtrueret tota materia tituli
C. de iur. fiſ. ⁊ de priuil. fi. Bal. nouellus aūt in tracta. dotiū
in. ix. parte. in. j. priuilegio dicit. d. l. non puto. ſolum ꝓcede
re qñ eſſet aliqđ dubium ſuper aliquo articulo iuris:q2 tunc
fieret interpretatio ꝯ fiſcū ſubdens idē eſſe qñ eſſet ſuper du
bio facti. ¶ Jtē in dubio proniores ſumus ad abſoluendum
q̄ ad condēnandū. l. abſentē. in prin. ff. de pen. Barb. lib. iij.
cōſi. lj. illud. ad fi. Et propterea dicit Decius cōſi. clxxv. i cā
falſitatis. col. fi. ꝙ curia maiorem honorem ꝯſequit ex abſo
lutione q̄ ex condēnatione. ¶ Jn dubio minor pena eſt eli

Jn dubio minor pena eligitur.

genda. l. peñ. ⁊ fi. ff. de pen. Prepo. in. c. rurſus. col. v. q cle.
vel. vo. Cepol. in. l. ſi fugitiui. colum. vj. ⁊ ſeq. C. de ſer. fugi.
Clau. in. l. ex facto. §. facto. col. fi. ff. ad treb. vbi inter plures
deciſiones quas referunt. no. vnam quā ibi ponit:⁊ etiam in
repe. l. vt vim. col. xxvj. ver. ad idem. ff. de iuſti. ⁊ iur. ꝙ ſi ſta
tutum pro delicto ponat penā capitalē vel capitis. Jntellige
tur de minori:⁊ ſic de deportatione que ēt pena capitis dici
tur dicens eſſe ſignandū:q2 quis poſſet de hoc lucrari vnam
bonaꝫ veſtem:q2 vbi agitur de vita pecunia cōcurrit. Jdem
Jaſ. in. l. trāſigere. col. iij. C. de pac. in. l. ſi qs iniquum. §. hec
pena. col. j. ff. ꝙ quiſ. iur. in. l. diuortio. col. iij. ff. ſo. ma. Deci
us in. c. at ſi clerici. in prin. col. xxv. de iudi. Alex. li. iij. cōſil.
cxvj. in cā inquiſitionis. Bolog. in ſuis nouis interꝑtatiōib9
prime partis. in. l. ij. C. ne xpianum mācip. Feli. in. c. ex lr̄is.
col. x. ver°. ⁊ tenendo hanc ꝑteꝫ. de cōſti. Card. in. c. dcm̄ eſt
a dño. §. ꝙ qdaꝫ. in fi. j. q. j. vbi dicit ꝙ ꝓpterea Bonoñ. fuit
liberatus qdam falſarius monete:idē Gaſpar portugalēſis
in repe. l. impium. ff. de iur. om. iud. colū. xlvij. ver°. circa ter
tium gradū. ⁊ col. xliiij. ver. eſt tñ aduertendū. Eſt verū ꝙ in
contrariū vidi al's pōderari. l. qm̄ nouella. C. ad leg. iul. de vi
pu. vbi appellatione ſupplicij venit pena mortis. ⁊ tex. cum
glo. in. l. j. §. fi. ibi ſupplicio capitali. iuncta etiam alia g'o. fi.
in. l. ij. C. de fal. mo. Jdeo vide Riminal. in. d. l. impiuꝫ. col.
xviij. ff. de iur. om. iud. vbi diſputat nūquid predicta ꝓcedāt
qñ ſtatutum vteret verbo capitis Et ibi limitat niſi al'r appa
reret de mēte ſtatuentiū. Jtē niſi eſſemus in caſu quo ius ci
uile penā mortis īponeret:q2 tunc tale ſtatutū deberet intel
ligi ſm ius ciuile ſuper qua cogita quia mihi non placet.
¶ Jntellige p̄mo hanc regulā dūmodo per eā non receda
mus a ꝓprietate vocabuli. Jaſ. in. l. ſtipulatio iſta. §. euꝫ qui
ita. ff. de ver. ob. in. l. ſi quis teſtō. in prin. de leg. j. Lancel. in
l. fi. ff. de annu. leg. ¶ Jntellige ⁊ ſcđo regulā ꝓcedere prout
loqtur. ſ. qñ agitur de maiori vel minori pena:ſecus qñ dubi
taret:an pro delicto de quo cōſtat quis ſit puniēdus vel ab
ſoluendus in totū:q2 potius eſt cōdēnandus q̄ abſoluēdus.

Mā penalis eſt fauorabilis.

Sozi. qui dicit eſſe no. in. l. qdaꝫ relegatus. col. iij. ff. de reb9
dub. Jaſ. in. l. cū qdam. col. fi. ver. ⁊ ſi ꝯtra iſtā. ff. de li. ⁊ poſt.
Et iſto modo pōt ſaluari dcm̄ Bart. in. l. quēadmodū. C. de
agric. ⁊ cenſi. li. xj. vbi circa med. dicit ꝙ cū ſit fauor reipubli
ce delicta cohercere ꝙ lex penalis eſt extēdenda. refert Ja
ſon in. l. ſi certis annis. in p̄n. C. de pac. in. l. ſi quis id qđ. col.
ix. ⁊ in ver. v. ff. de iur. om. iud. vbi ēt Claud. col. ij. Jaſ. in. l.
ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. col. lxxxvj. ver. vj. pro iſta
Decius in cōſi. lxv. ij. col. Roch. in. c. q̄to. col. v. de iudi. in
c. at ſi clerici. §. de adul. char. xij. eo. tit. vbi per multa ponit
qualiter exorbitantia poſſint dici fauorabilia. Claud. in. l. vt
vim. col. xxv. ff. de iuſt. ⁊ iur. in. l. j. ij. col. ff. de oper. no. nū. in
l. qui rome. §. ea lege. vlti. col. ff. de ver. ob. in. l. ij. col. pe. C.
de in ius voc. vbi etiā ponit qñ dicatur pena ſtatuti eſſe fauo
rabilis:⁊ ſic extēdenda. Ang. in maleficijs in ver. necnon. ad
denūciationem. col. xiiij. in. §. in perſonam. viij. col. inſti. de
act. in. §. ius autē ciuile. col. xvij. inſti. de iur. na. facit Bal. ꝑ
illum tex. in. c. j. §. porro. que fuit prima cā benef. amit. dicēs
eſſe melioreꝫ tex. de iure ꝙ ſtatuta penalia extēdunt. Anch.
in. c. canonum ſtatuta. pen. char. Alex. in. l. j. in p̄ri. ff. đ ver.
ob. vbi Sozi. col. iij. dicit ꝙ cā mediata eſt odiū delinquen
tis. Et īmediata eſt vtilitas publica. Lācel. i. l. cetera. §. ſꝫ ⁊
ſi qs. ad fi. ff. de leg. j. Matta in cle. ſepe. §. fi. col. xxxiij. de v̄b.
ſig. Corſe. ſing. 100. incip. licet. eſt in ver. extēſio. Monferr. i
c. ij. col. fi. de cōſti. li. vj. Et dicit Jaſ. in. l. fratres. in fi. ij. col.
C. de iof. teſ. ꝙ in correctorijs dūmodo agatur de fauore pu
blico. ſecundario lꝫ non principaliter licita eſt extenſio.
¶ Jtē in dubio dicimus ꝙ quis cenſet cōdēnatus eo modo
quo euitatur infamia. Decius in. l. certi cōditio. vij. colū. ff.
ſi cer. pet. ¶ Jtem in dubio pena videt t̄palis. non ꝑpetua
Decius in. c. ex lr̄is. col. v. de cōſti. vbi. col. ix. dicit ꝙ in du
bio quis preſumit potius condēnatus ex ꝯtumacia q̄ ex de
licto. ¶ Jtē ad penam euitandā in dubio ꝯctus diceret cō
ditionalis. Decius cōſi. ij. col. iiij. ¶ Jtē in dubio ſequimur
illud qđ eſt minimum. l. cum teſtō. vbi Sozi. limitat. ff. đ reb.
dub. ¶ Jtē in dubio fauemus illi qui tractat de dāno euitā
do. l. fi. §. ſi v̄o. C. de iur. delib. Jtem eſt aliqñ ita fauorabilis
vna cā ſicut alia:vt in cā filij que eſt ita fauorabilis ſicut cau
ſa eccleſie:propterea infert Sozi. in. l. j. iij. col. ff. de reb. du.
ꝙ ſicut in legato fundi fcō eccleſie veniunt adiacētia poſtea
empta. Jtē in legato fundi facto filio:q2 ſicut diſpoſitio. c. in
preſentia. de ꝓba. locū non hꝫ eccleſia inſtituta. Jta non hꝫ
locum filio inſtituto:⁊ ꝙ ita fuit iudicatū Senis. Et idē So
zi. in repe. l. cū auus. ff. de cōdi. ⁊ demō. col. xx. infert ꝙ diſpo
ſitio. l. ſi vnq̄. C. de reuoc. dona. ꝓcedit etiā in donatiōe fcā
eccleſie. Jdem vult Alex. li. iij. cōſi. xcij. ſuper eo. col. ij. Fa
bia. in rep. aut. nouiſſima. char. xiiij. q. xiiij. Corſe. ſing. lxx
vij. incipi. lꝫ donatio. eſt in ver. donatio. Qđ tñ non ꝓcede
ret in donatione remuneratoria. Maria. in. d. tracta. de ob
la. li. xv. in primo caſu. Jmmo in l'tima plus fauet filio q̄ ec

Pro filio ꝯ eccleſiam.

cleſie. glo. in. l. ſi quis ad declinandā. C. de epi. ⁊ cle. q2 filius
etiā ſi ſit heres p̄ris illaꝫ detrahit de legatis factis eccleſie.
Maria. in tracta. de obla. li. xv. in p̄mo caſu. doc. in. l. j. §. ad
municipiū. ff. ad leg. fal. Feli. in. c. eccleſia ſcē marie. col. xxx
vj. ver. vbi lex. de cōſti. ſcrutinium. char. xxiij. Jaſ. in. l. ſi fun
dū. ſub ꝯdit. §. ſtichū. col. ij. de leg. j. Bar. ꝯſil. xxxij. Mari9
barb. j. vol. ꝯſi. xiij. clemētiſſimi. col. vij. xxxij. ſcribit. colum.
j. xxix. illud. col. ij. xxxiiij. clemētiſſimum. col. j. ¶ Jtē limita
dictam glo. l. ſi quis ad declinandā. nō ꝓcedere in legato fa
cto pro exoneranda ꝯſcia teſtōris. Barb. lib. ij. ꝯſil. lv. pre
clare. col. xj. ¶ Jtē limita vt procedat q̄tuꝫ ſit pro legitima
debita filio. quātum v̄o ad reſiduū vltra legitimā bene plus
fauet eccleſie q̄ filio. Bar. Fabia. Maria. ⁊ Sozi. ⁊ alij in lo
cis predictis. Decius in. c. in p̄ntia. colū. xxxvij. ver. ⁊ circa
iſtam. de ꝓba. Jaſ. in. l. j. ij. lect. col. v. C. de ſacro ſan. ec. in. l.
licet. iiij. no. C. de pac. in. l. tale pactū. §. fi. colū. iij. ff. eo. in. l.
gñal'r. §. cū autē. col. ij. C. de inſti. ⁊ ſubſti. in. l. ſi cui leget. §.
hoc autē. col. fi. de leg. j. Alex. ⁊ Riminal. in. l. pactum ꝙ do
tali. col. ij. C. de pac. Et propterea inferūt Alex. in. d. conſil.
⁊ Sozi. in. d. l. cū auus. col. xx. ꝙ ſi eſt ſubſtituta eccl'ia nō hꝫ
locum diſpoſitio. l. cū auus. cū ſi. Jdem vult Hercul. in diſp.
incip. peruſinus. col. pe. Pau. de montepicho. in repe. §. ti
tia. q. xiiij. Corn̄. li. j. ꝯſi. cclxxvj. viſo. Et ſic vna cā eſt fauora
bilior altera. Jtē pro cā fauorabili in dubio iudicabim9 ꝯtra
reum:lꝫ al's diceremus ꝙ in dubio pro reo Jaſ. in. l. de die.
ad fi. prin. ff. qui ſatiſda. cog. Decius in rub. de ꝓba. col. liij.
ver. ſexto limita. ⁊ ꝯſi. cix. col. fi. ¶ Jtē q2 potius pro mulie
ribus religioſis q̄ ꝓ religioſis maſculis. Decius in. c. in pre
ſentia. col. x. de ꝓba. ¶ Jtē plus fauemus libertati q̄ pupil
lo vel reipublice. l. illud ſciendū. la. ij. ff. de appell'. īmo plus
q̄ pie cāe. l. papinianus. §. quarta aūt. vbi Fulg. iij. no. ff. de
inof. teſt. Jaſ. in. l. ſi cui leget. §. hoc aūt. col. fi. in. l. ſi funduꝫ
ſub ꝯditiōe. §. ſtichū. col. ij. ff. de leg. j. ¶ Jtē in dubio plus
fauemus eccleſie romane q̄ alijs eccleſijs. Card. Alex. in. c.
oēs. xxij. diſ. ¶ Jtem plus fauemus aīe q̄ cūctis alijs rebus
c. precipimus. xij. q. ij. c. cū infirmitas de penit. ⁊ remiſ. l. ſan
cimus. C. de ſacroſ. cū ſi. ¶ Viſo qual'r debeat ſe ꝯtinere iu
dex in iudicando ſupereſt videre qual'r dꝫ ſe cōtinere in exe
quendo. Sed q2 duo magna luminaria:ſcꝫ do. Alex. ⁊ Feli.
cumulatiſſime cōmētarunt illos titulos extra. ⁊. ff. de re iud.
ad eoꝝ dcā recurri pōt. ¶ Qual'r autē debeat ſe cōtinere in
exequendo reſcripta p̄cipis dicendū eſt ꝙ ſi iuſta ſunt illis

Qual'r obediendu ꝫ reſcripto.

parendū eſt. ſi iniuſta dꝫ iudex ſuperſedere ⁊ reſcribere p̄ici
pi ⁊ expectare ſcđam iuſſionē. §. fi. in aut. de iudicib9. in aut.
vt nulli iudicuꝫ. §. ⁊ hoc vero iubemus. Jaſ. ⁊ Parpal. in. l.
nec dānoſa. C. de p̄ci. impe. of. Decius conſi. cxxxvij. colū. ij.
Preſumūtur em̄ talia reſcripta per īportunitatē obtenta qñ
ledūt tertiū:vt per eos:⁊ Riminal. in. l. cās. col. j. C. đ trāſac.
Alex. li. j. ꝯſi. xxxvij. incip. in cā mota. per Ange. col. ij. ver.
⁊ ita repetito. iij. vol. cōſil. xxxvij. Jmmo tales malitioſe īpe
trantes puniunt. Bal. in rubr. de reſcrip. col. iij. ver. q̄ro nū
quid debeat. Guido pape li. iij. ꝯſi. cxcv. incip. in cā. col. iij.
Etēm̄ princeps contētatur ſi reſcriptū qđ videt iniuſtū conti
nere non mādet executioni per inferiorē:⁊ ei nullā iniuriam
facimus ſi

UVA. BHSC. IyR_277_2

facinus ſi eum bonū ꝛ equū reputamus. Barb. inter cōſilia Alex.li.iiij.cōſi.cxxiij. Riminal.in.d.l.cās. Jo.an.in.c.j.colū.ij.de priuil.li.vj.qui ſubiungit ꝙ ſi eſſet ꝯ publicā vtilitatem deberet reſcriptū auferri de manibus exhibētis. Card. cōſi.cxlij.incip.pūctus qōnis.col.pe.dicens ꝙ ſaltē cogitur impetrans cū lr̄is redire ad principem. Et videt̄ rōnabile: q2 principes aliqñ per iracūdiam vel inaduertēter aliq̄ cōcedunt que poſtea dolent eſſe executa: vt dicit̄ de Theodoſio impatore in.c. apud teſalonicā.xj.q.iij.qui ꝓpterea fecit.l. ſi vindicari.C.de penis.ad quā Cepola cautela.ij.col.ij. Feli.in.c.purgantiū.col.fi.de re iud. Jaſ.in.l.j.ij.lect.colū.iij. C.de ſum.trini.in.l.puniri.in fi.C.ſi ꝯ ius vel vti.publi.in.l. debitoribus.col.fi.ff.de re iud.vbi enumerat.vij. caſus in q̄bus ſupſedet̄ ab executione ſnīe. Paris de ſindicatu. char. v.de exceſ.cōſiliarioꝝ.ꝛ char.lxxix.c.mandauit. Marti.de laude in tracta.de cōſiliarijs princ.q.vj.incip.ꝯſiliarij.maxime Igneus in repe.l.donatiōes.col.v.ꝛ in diſpu.ſeq.incip. cum me legente.col.xlviij.vbi reſpondet ad quedam dicta. Cy.honoratus in arbore bellorum lingua gallica cōpoſito. char.vl.de quo meminit curia delphinatus.q.cxiij.in facto guerrarum circa fi.facit Guiliel.de Monteſerra.in cōmēto pragmatice ſanctionis.v.pte.char.lxv. Bene faciūt q̄ moraliter dicit Pōtanus in tracta.de obedientia.li.iiij.in rubr. an parendū ſit decreto qḋ iniuſtum videt̄: vbi refert plures principes antiquos ꝛ moder.in iracundia quoſdā iuſſiſſe interfici quos poſtea deſiderauerūt.late Decius in.c.ſi qñ.ij.no. de reſcrip.vbi dicit ꝙ ſaltē dꝫ reſcribi pꝛīcipi ꝛ expectari ſecunda iuſſio. Riminal.vbi.ſ̄.ꝛ dicit eſſe tutius Igneus dcā col.xlviij.ꝛ Parpal.in.d.l.nec dānoſa. Paris in tracta.de ſindicatu.char.xij.ver.ſi ꝑ ſtatutū.ꝛ char.lviij.colū.ij.v̄.officialis non dꝫ.ꝛ char.lxix.in fi.col.ij. Quīcꝫ ꝛ ſcḋo pn̄ceps ita inuerecūda petentiū inhiatione cōſtringitur vt etiā non concedenda tribuat.l.j.C.de pe.bo.ſubl.li.x.cū ſi.vt Deci. poſt Feli.in.c.que in eccleſiarū.col.antepe.de ꝯſti. Hipoli. no.vj.incip.in principe. Barb.li.ij.cōſil.xxiiij.clemētiſſimi. col.iij. Areti.cōſi.xv.reuerendiſſime.col.iij.ver.ꝑterea qñ Fulgo.cōſi.xx.pro pleniori.ver°.ſupereſt tertius.ꝛ cōſil.lxj. dña katerina.col.ij.ver.iiij.q2 reſcriptū Quīcꝫ ꝛ tertio pn̄ceps per curiales ꝛ magnates in curia īfeſtatur: ꝛ talia reſcripta etiā preſumūtur īpetrata per īportunitatē.l.j.C.de fun. limitrof.li.x.ꝛ dicit ibi Andr.de barulo: quez ſeqtur Bar. ꝛ Jaco.rebuf.qḋ eſt ipſo iure nullum qñ infert alicui ꝑiudicium. Lācel.in.l.ſi mihi ꝛ tibi.§.in legatis.col.iiij.ver.ſcḋo nota.de leg.j. Fulg.d.cōſi.xx. Et allegat illud Lucani. Nulla fides pietaſcꝫ viris qui caſtra ſequūtur ꝛc. Corſe.ſing.cclxxxv.reſcriptū. Jo.lupus in rub.de don.īter vir.ꝛ vx.char. xlix. Quīcꝫ ꝛ quarto prenimia letitia quo caſu qḋ faciunt nihil valet tāq̄ ſint extra mētem.ar.c.vnuſquiſcꝫ.iūcta glo. xxij.q.iiij.tex.cū glo.bene intellecta.inſti.de liberti.§.ſerui vero.in ver.balneū.glo.in ꝓhe°.regularū cancellarie. Joā. de ſelua in tracta.de beneficio.j.parte.q.ij.col.x.ver.ꝑmuꝫ beneficiū.eſt char.v.vbi dicunt ꝙ ſignature quas facit papa anteq̄ exeat de cōclaui ſunt nulle ꝓpter nimiā letitiā pape. ꝛ Jo.lup.in rubri.de dona.inter vir.ꝛ vxo.char.xliij.colū. iiij.dicit ꝙ donatio per regem fcā tēpore guerre vel in principio acquiſitionis ſtatus ꝛ regni non valet. Quīcꝫ ꝛ qnto ad requiſitionem mulieꝝ Bal.in.c.j.col.fi.de cōſti.vbi refert Impatorem dicentē quādam mulierez: cuius amplexus dicebat illicitos Impatori dixiſſe. Dñe ſi libet licet: ſcilꝫ facere quid vis de plenitudine ptātis. Et merito Bald.adducit ꝙ eſt dcm̄ mulieris impudice.put in ſimili de Virgilio. dicit Cepol.in tracta.de imper.mil.delig.char.xiij.eſt in.c. pro impatore vero gentili.col.vij.vbi dicit ꝙ merito Virgilius induxit illud dolus an virtus quis in hoſte reqrat eē dictum pueri: non aūt viri grauiſſimi. Quia plenitudo poteſtatis non extēditur ad aliqd iniquū. Curtius conſi.lxxiij.colū. xxix.in fi. Fulgo.in.d.cōſi.lxj.col.penul. Barb.li.ij.d.ꝯſi.xxiiij.col.iiij. Car.ꝯſi.cxlij.īcipi.pūctus.col.ij. Bal.in.c.q̄to. de iureiur.dicens ſigeñ.cordi.in.c.cum oēs.in ꝑn.de cōſtit. Moder.in.l.reſcripta.C.de ꝑci.imp.of. Nec dꝫ exerceri niſi cū magna cā. Jaſ.in.l.barbarius.col.vij.ff.de of.ꝑto. Inno. vbi Panoꝛ.ad fi.in.c.īnotuit.in.c.illa quottidiana.ij.nota. de elec.al's diceret̄ vti plenitudine tempeſtatis. Joā.de ſelua in tracta.de beneficio.j.q.ij.partis.colū.vj.ꝛ tribus ſeq. Sozi.li.iij.cōſi.cxx.memini.col.pen.ꝛ diſpenſatio ſine cauſa dr̄ diſſipatio. Archi.in.c.ꝯñs.xj.diſ. Jo.and.in.c.de multa.col.v.de prebē. Roch.in.c.fin.de ꝯſue.char.x.col.j.ver. extra iſtā. Et non dꝫ exerceri plenitudo ptātis niſi premiſſa claue diſcretiōis. Inno.in.d.c.q̄to.de iureiur. Et de raro Bal.in.l.j.§.cum aūt.C.de cad.tol.in.l.ij.C.de com.rer.al. ꝛ non in preiudiciū ſubditoꝝ. Petr.de raueñ.in alphabeto iurꝫ.ver.ꝑuilegiū.col.ij.al's peccat mortal'r. Pau.d ca.ꝯſi. xxvj.incipi.ſuper pr̄io videt̄ diceñ.eſt in ſcḋo vol.ꝯſi.xxxiiij. Paris de ſindicatu.iij.char.de exceſſibus.col.ij.in fi.ꝛ ꝓpter peccatum princeps qñcꝫ perdit dñium.c.ſi de rebus.xxiiij. q.j.ꝛ citius moritur.c.epi.xj.q.iij.pōt ad ꝑdicta videri. Sozi.conſi.clxiiij.incipien.viſa bulla.ꝛ ex pluribus alijs etiam cauſis: qñcꝫ coguntur principes ad cōplaceñ.poſtulantibus indebita que vix enumerari poſſent. Sed caueant indebite cū iſtis impetratiōibus opprimētes tertiū a precibus q̄s dicit ſe pro epo ſuo effudiſſe Franciſcus vuillonus in ſuo teſtō lingua gallica cōpoſito: nā cuꝫ vox oppreſſoꝝ clamitet ad celum viſi ſunt plures annū non ſuperuixiſſe.

*Princeps dolet iuſſuꝫ ſuum fuiſſe executum.*

*Plēitudo ptātis.*

¶ Et per hec eſt expedita Silua nuptialis in qua ſi qd boni eſt laudet̄ Deus: ſi mali cōpatiat̄ benign⁹ lector ꝛ dignet̄ corrigere ſenſumcꝫ v̄bis ꝑferre: cupiebā em̄ ꝓdeſſe ꝛ nemini diſplicere. Nouiſſimos libentius allegaui ſtudio breuitatis qm̄ ipſi loca ordiaria ꝛ antiquos docto. referunt: ꝛ quaſi oēs habētur impreſſi: ꝛ in eis ad ꝓpoſitum qḋ eos allego copioſius valde videri pōt. Placuit em̄ cōſilium Feli.in.c.rodulphus.col.xiiij.ver.hortus autē.de reſcrip.vbi dicit ꝙ vtili⁹ eſt cōmemorare illos qui viderunt oīa q̄ eoꝝ dicta eis tacitis tranſcribere. Iteꝫ q̄uis licitum ſit de libris antiqs elicere ꝛ in ſuis tranſportare.glo.iiij.in auſ.de mand.prin.ꝛ facit epl'a excuſatoria poſt lecturaꝫ Luce de pēna in tribus libris C.benignum: tñ ꝛ plenum ingenij pudoris eſt fateri ꝑ quos profeceris ſm̄ Plinium: quē refert Card. Alex.in fi.ſui cōmenti: ſuper.iiij.decretaliū. Jaſ.in fi.ſui cōmēti.inſti.de act. glo.in regula cancellarie.xxvij.facit Curtius ſenior ꝯſi.lxv. incip.ſuper premiſſa.col.v.qui dicit ꝙ al'r facientes poſſunt dici fures aliene laudis ꝛ occupatores: ꝛ cōtra tales īuehit. Lancel.in.l.licet.in fi.ff.de iudi. Feli.in.c.ex parte.in verſi. periurus ad fi.eſt col.iij.de reſcrip. Opiꝫ.in rep.§.diui.col. lxxiij.in.ij.falleñ. Joan.de Neuizanis ciuis Aſt.ll.doc.

*Cur alleget nouiſſimos.*

*Occupator aliene laudis.*

¶ Laus Deo.

¶ Premiſſa diligenti caſtigatione imp̄ſſit in amena Ciuitate Aſtēſi Frāciſcus de ſilua. Mcccccxviij.in octaua paraſceue. Et ob reuerētiā noue ꝯſtitutiōis ſacri Cōcilij acceſſit reuiſio ꝛ ſubſcriptio Reuerēdoꝝ patrū. J.V.ꝓfeſſoꝝ dñoꝝ Guilielmi de mazollis Vicarij epa'lis ꝛ ꝑpoſiti eccleſie Albenſis: ꝛ Pauli de aſinarijs ſacre Theologie magiſtri. inqſitoris heretice prauitatis prioris conuentus Beate Magdalene ciuitatis Aſt ordinis Sancti Dominici.

¶ Subſcriptio.

Guilielmus de Mazollis Vicarius Reuerēdiſſimi.d.domoni epiſcopi Aſtēſis.

Paulus de aſinarijs inquiſitor vt ſupra ciuis aſt.

UVA. BHSC. IyR_277_2

UVA. BHSC. IyR_277_2

UVA_BHSC_LyR_277_2

411.

SEYSSELIO

In Dig.

et Codic.

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 277

RARO

siglo XVI